QL 674
M2
F
V. 5
Wolf Room

THE
ACADEMY of NATURAL SCIENCES
OF
Philadelphia
FOUNDED 1812

STORIA
DEGLI
UCCELLI

ORNITHOLOGIA

STORIA NATURA
DEGLI UCCE

TRATTATA CON METO

E ADORNATA

DI FIGURE INTAGLIATE IN RA
E MINIATE AL NATURALE

TOMO QUINTO

ED ULTIMO

A SUA ECCELLENZA

IL SIG. CONTE DEL S. R. I.

ANTONIO DI THURN E VALSASSINA

CIAMBERLANO E CONSIGLIERE INTIMO ATTUALE DI STATO
DELLE LL. MM. II. RR. APOST.
TENENTE MARESCALLO DELLE LL. ARMATE, MAGGIORDOMO MAGGIORE

DI S. A. R. IL GRANDUCA DI TOSCANA

ec. ec. ec.

IN FIRENZE L' ANNO MDCCLXXVI.
NELLA STAMPERIA DI GIUSEPPE VANNI

CON LICENZA DE' SUPERIORI

P.P.A.N.

ORNITHOLOGIA

METHODICE DIGESTA

ATQUE

ICONIBUS AENEIS

AD VIVUM INLUMINATIS ORNATA

TOMUS QUINTUS

ATQUE ULTIMUS

EXCELSO VIRO

S. R. IMP. COMITI

ANTONIO DE THURN ET VALSASSINAE

IMP. REG. APOST. MAIESTATUM

A CUBICULIS ET CONSILIIS SANCTIORIBUS STATUS

CASTRORUM LOCUMTENETI MARESCIALLO, MAGNO AULAE PRAEFECTO

REGIAE CELSITUDINIS MAGNI ETRURIAE DUCIS

&c. &c. &c.

FLORENTIAE ANNO MDCCLXXVI.

IN TYPOGRAPHIA IOSEPHI VANNI

SUPERIORUM PERMISSU.

QL674
M2
F
v. 5
Wolf Room

P.P.A.

112308

A SUA ECCELLENZA
IL SIGNOR CONTE DEL SAC.ROM.IMP.
ANTONIO DI THURN E VALSASSINA
CIAMBERL.E CONSIGLIERE INTIMO
ATTUALE DI STATO, COLONNELLO
PROPRIETARIO D'UN REGGIMENTO
D'IN FANTERIA E TENENTE
MARESCIALLO NELLE
ARMATE DELLE LL.
MM.II.E R.APO. MAGGMO
MAGGIORE DI S.A.R
IL SERENISSIMO
GRANDUCA DI
TOSCA NA. &C &C.&C.
GLI AUTORI DI QUEST OPERA
HANNO L'ALTO ONORE DI
DEDICARE, E TRIBUTARE
IL QUINTO ED ULTIMO TOMO
DELLA MEDESIMA A PERSO
NAGGIO TANTO ILLUSTRE, E MAGNA
NIMO BENEFICENTE, E FREGIATO D'
OGNI ALTRA PIÙ LUMINOSA VIRTÙ.
Laudantur Vestes, Gemmae frangentur et aurum,
Quam tribuet Virtus fama perennis erit.
Giuliano Traballesi inv. e del.
L. Lorenzi incis.

STORIA DEGLI UCCELLI

La quale comprende non solo una sommaria notizia di quelli, che vengono rappresentati dalle Figure, o Tavole di quest'Opera, ma che si stende ancora a descrivere, e similmente a illustrare tutti gli altri finora cogniti, e statici descritti dai più celebri Autori.

I numeri Romani indicano la specie, e le spiegazioni di quegli Uccelli, le figure dei quali quì ritrovansi aggiunte: gli Arabici appartengono alle specie, e varietà non state figurate, ma che trovansi tuttavolta descritte, e aggiunte sotto i respettivi loro Generi.

AVIUM HISTORIA

Quae Aves illas non solum ab Operis huiusce Iconibus, sive Tabulis demostratas breviter illustrat, verum earum etiam omnium, quarum a celebroris notæ Auctoribus ad hanc usque diem notitiam habemus, concinnam descriptionem, atque non absimilem comprehendit illustrationem.

Romani numeri ad Aves Tabulis demostratas, ipsarumque historicas illustrationes designandas inserviunt: Arabici autem illas Avium species ac varietates indigitant, quae Iconibus non ostenduntur, sed singulis suisque tamen generibus adiunctae & descriptae adinveniuntur.

T. CCCCLXXXI. B. — 9. 1.

GALLINELLA Palustre comune, detta dai Veneziani Porzana — Lat. *Gallinula Palustris vulgaris*; Gerin. Ornith. N. 516. — *Ralla Anglorum & Gallorum ex Gallinularum genere*; Aldrov. — *Ralla Anglorum aquatica*; Jonst. — *Rallus aquaticus Aldrovandi*; Willugh. Rai. Sloan. & Klein — *Ortygometra subtus albescens, tergore fulvo, maculis castaneis*; Barr. — *Gallinula, serica*; Gesn. Aldrov. Jonst. & Willugh. — *Gallinula Holoserica*; Charlet. — *Gallinula Chloropus varior species*; Marsil. — *Gallinae aquaticae species prima de novo adjuncta*; Gesn. — *Glareola septima*; Schwenek, Klein. & Rzac. — *Rallus alis griseis fusco-maculatis, hypochondriis albo-maculatis, rostro luteo; Rallus aquaticus*; Linn. Syst. Nat. Gen. 83. spec. 2. — *Rallus aquaticus*; Brisl. Tom. V. pag. 151. sp. 1. — Gall. *Rasile d'eau.* — Angl. *Water-Rail.*

LE Gallinelle Palustri abitano presso le aeque, e frequentano particolarmente i stagni, dove nasce della Ninsèa, sopra le cui foglie corrono, come gli Scojattoli; anzi per la velocità del loro corso fannò lungo cammino per aequa senza punto intorbidarla. La loro carne viene molto apprezzata per un certo sapor salvatico, che ella ha, onde ne rimane provocato l'appetito e la volontà insieme di bere. Variano nel colore del becco secondo l'età, ed il tempo della cova.

A Mestre, luogo non molto lungi da Venezia, si fa caccia di questi Uccelli con somma spesa; mentre vi sono uomini, che muniti di alcuni calzari, fanno le veci dei cani da caccia, andando per l'acqua, e con dei bastoni gli discacciano; ond'è che sono quindi predati dai Falchi. Trovansi in Toscana nei Laghi di Bientina e di Fucecchio.

Juxta aquas degunt, & praecipue stagna, in quibus Nymphoea crescit, super cuius folia prout Glires currunt; imo ob celerem cursum claram aquam per intervalla transeunt. Earum caro conviviis commendatur; nam cum ferinum nescio quid sapiat, appetentiam irritat, bibendique voluntatem. In rostri colore variant juxta aetatem, & incubatus tempus.

Moestris, Rure non procul Venetiis distante, magnis capiuntur expensis. A Famulis, qui venaticorum Canum vice coturnis induti per aquas errant, fustibus exturbantur, hinc praeda Falconum insidiis fiunt. In lacu Focensi, & Blentinensi in Etruria frequentes.

Queſt' Uccello credeſi una ſemplice varietà della *Gallinella Vellutata*, così detta per uno ſplendido color nero a guiſa di *velluto*, di cui elegantemente è coperta. Hanno alcuni ancora creduto eſſer varietà di queſta ſpecie quell'Uccello detto dagli Italiani *Re delle Quaglie*, e dagli Autori *Rallus Geniſtrarum ſive Ortygometra*, il quale difatto è di queſto genere, ma di ſpecie affatto diverſa, come può vederſi alla Tav. CCXXXXVIII. Tom. II., ſotto la quale è ſtato deſcritto e rappreſentato.

A queſto parimente può andare appreſſo un'altra *Gallinella di piedi roſſi*, o ſieno di *color fenicio* dell' Aldovrando, ma eſſa appartiene ad altro genere, ed è ſtata da noi deſcritta ſotto nome di *Culbianco* ſpecie di *Beccaccino* alla Tav. CCCCLVII.. La Gallinella Paluſtre vien caratterizzata da quattro dita prive di membrane, tre anteriori, ed uno poſteriore: dalle gambe nell'inferior parte ſpogliate di piume, dal becco dritto, lateralmente piatto, e dalla corporatura egualmente nei fianchi compreſſa.

Avis haec ſimplex creditur varietas Gallinulae ſericae, *ideo dictae, quod color ater in ea holoſerici inſtar ſplendeat. Nonnulli varietatem hujus ſpeciei crediderunt eſſe Avem illam ab Italis nuncupatam* Re delle Quaglie, *& ab Authoribus* Rallum Geniſtrarum, ſive Ortygometram, *quae revera hujus generis eſt, ſed penitus diverſae ſpeciei, ut videre eſt ad Tabulam CCXXXXVII. Tom. II., ſub qua deſcripſimus, & delineavimus.*

Huic pariter adfinis eſt alia Gallinula Rhodopes, *ſeu* Phoenicopos *Aldovrandi; ſed ad aliud genus pertinet, ac deſcripta fuit, nempe ſub nomine* Tringae, *Tabula CCCCLVII.. Gallinulae Paluſtris characteres ſunt, digiti quatuor membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; crura in parte inferiore plumis denudata; roſtrum rectum, lateraliter compreſſum; corpus lateraliter aeque compreſſum.*

T. CCCCLXXXII. B. — 6. 2.

GALLINELLA Paluſtre piccola — Lat. *Gallinula paluſtris minor*; Gerin. Ornith. N. 514. — *Ratione roſtri, pedum, magnitudinis, ac colorum prorſus differre ab illa videtur, quam habet Briſſonius Tom. VI. pag. 7. ſp. 2.*

T. CCCCLXXXIII. B. — 8. 2.

GALLINELLA armata di vario colore Indiana ivi detta IACANA — Lat. *Gallinula armata varia Indica*, Iacana *dicta*. — *Rallus digitis triuncialibus, calcaneo biunciali, aculei-formi, anomalo*; Klein. — *Fulica fronte carunculata, corpore variegato, humeris ſpinoſis, digitis ſimplicibus, ungue poſtico longiſſimo. Fulica ſpinoſa*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 82. ſpec. 4. — *Iacana armata varia*; Briſſ. Tom. V. pag. 129. ſp. 5. — Gall. *Le Chirurgen varié* — *Georgius Edwardus hujus praebet Avis figuram valde accuratum Tom. I. pag.* 48.. *Habitat in India Occidentali, ſignanter circa Carthagenam novam in America Meridionali.*

T. CCCCLXXXIV. B. — 9. 1.

GALLINELLA acquatica volgarmente SUTRO — Lat. *Gallinula Ochra*; Geſn. Aldrov. Ionſt. Willugh. & Rai. — *Porzana minor*; Aldrov. & Ionſt. — *Porzana Italorum*; Charlet. — *Rallus acquaticus minor, ſive Maruetta*; Briſſ. Tom. V. pag. 155. ſp. 2. — Gall. *Le petit Raſile d'eau, ou la Marouette* — Angl. *Girardin.* — *Iuxta ſtagnorum, & fluviorum ripas verſatur.* Ochra *a colore totius fere corporis ſubviridi, ſed ſordido, & obſcuro dicta eſt; eam Bononienſes & Veneti* piccola Porzana, *ac Mediolanenſes* Girardina *appellant.*

5. GALLINELLA maggiore — Lat. *Gallinula major* — *Gallinula Chloropos noſtra major*; Aldrov. — *Gallinula*; Briſſ. Tom. VI. pag. 3. — *Flumina & ſtagna frequentat. In fruticibus juxta ipſorum ripas provenientibus nidificat. Ova ponit ex albo virideſcentia, maculis rubro-fuſcis varia.*
6. Altra GALLINELLA maggiore — Lat. *Gallinula alia major* — *Gallinula Chloropos altera*; Aldrov. — *Gallinula major*; Briſſ. Tom. VI. pag. 9. ſp. 3. — *Habitat in Italia circa Bononiam.*
7. GALLINELLA minore; — Lat. *Gallinula minor*; Briſſ. Tom. VI. pag. 7. ſp. 2. — *Flumina & Piſcinas frequentat.*
8. GALLINELLA detta IACANA — Lat. *Iacana*; Piſon. Marcg. Ionſt. Willugh. *Rai.* & Briſſ. Tom. V. pag. 123. ſp. 2. — *Habitat in paluſtribus Braſiliae locis.*
9. GALLINELLA detta IACANA armata — Lat. *Iacana armata*; Briſſ. Tom. V. pag. 123. ſp. 2. — *Habitat in paluſtribus Braſiliae locis.*

10. GAL-

10. GALLINELLA detta IACANA armata nera — *Iacana armata nigra*; Briſſ. Tom. V. pag. 124. ſp. 3. — *Habita in paluſtribus Braſiliae locis*.
11. GALLINELLA detta IACANA armata ſcura — Lat. *Iacana armata fuſca*; Briſſ. Tom. V. pag. 125. ſp. 4. — *Habitat in Braſilia, Mexico, & Dominicenſi Inſula*.

T. CCCCLXXXV. B. — 11. 2.

POLLO SULTANO — Lat. *Porphyrio*; Geſn. Aldrov. Willugh. Rai. & Briſſon. Tom. V. pag. 522. ſpec. 1. — *Porphyrion*; Geſn. Ionſt. & Charleth. — *Rallus aquaticus roſtro, fronte, pedibuſque rubris; reliquo corpore cyaneo, ſub cauda plumis albis*; Klein. — *Fulica fronte calva corpore violaceo; digitis ſimplicibus, Porphyrio*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 82. ſp. 3. — Gall. *Le Poule-Sultane*.

COſe mirabili ci vengono narrate dagli Autori del Pollo Sultano, e particolarmente dall' Aldovrando al Tom. III. Cap. XXVIII. pag. 437., le quali quaſi tutte noi abbiamo per finte e favoloſe, e quelle particolarmente, che con tante lodi ſono dette intorno alla di lui pudicizia.

Che il Pollo Sultano ſia Uccello Acquatico abbaſtanza lo dimoſtra la lunghezza delle ſue gambe. Egli abita ſecondo il Briſſon nell' Indie Orientali, e in varie parti dell' America poſte ſotto la Zona torrida. Queſto Uccello ſolo, eccettuato il Pappagallo, ſi ſerve dei piedi, come di mano, mentre con eſſi prende dell' acqua, e del cibo, e ſe lo arreca al becco, ed in queſta forma ſi nutriſce. Scrive Callimaco, ſulla teſtimonianza di Ateneo, che egli non ſoffre la viſta di alcuno, mentre mangia, e che molto inveiſce contro quegli, che in tal tempo gli ſi accoſtano.

Cibaſi di peſci e degli alimenti più umidi; imperciocchè per la lunghezza ed anguſtia del ſuo collo difficilmente inghiottiſce delle coſe aride.

Eliano ci avverte che i Greci ed i Romani ſi aſtenevano dalla carne del Pollo Sultano; e che appreſſo di loro, atteſa la di lui bellezza e coſtumi morigerati, veniva nutrito per piacere nelle magnifiche Abitazioni, o come coſa ſacra cuſtodito ed alimentato in qualche Tempio.

I caratteri con i quali è diſtinto il Pollo Sultano, ſono, quattro dita prive di membrane, tre anteriori, ed uno poſteriore; le gambe nella parte inferiore ſpogliate di piume; il becco di figura conica, lateralmente compreſſo, e la fronte calva.

Mirabilia de Porphyrione narrantur apud Authores, & praeſertim Aldovrandum T. III. Cap. XXVIII. pag. 437., quae fere omnia tamquam ſimulata habemus & fabuloſa, eaque inprimis, quae de ipſius pudicitia ſummis laudibus praedicantur.

Porphyrionem Avem eſſe aquaticam longitudo crurum ſatis indicat: eumque in Indiis Orientalibus, & variis Americae Regionibus ſub Zona torrida poſitis habitare, teſtatur Briſſonius. Hic ſolus, praeter Pſittacum, pede ſuo inſtar manus aquam ſuſcipiens ad roſtrum differt, & potat, ſeque humano modo paſcit. Tradit Callimachus, Atheneo referente, nullius aſpectum pati cum comedit, illiſque, qui propius ad cibum ſuum accedunt infenſum eſſe.

Piſcibus veſcitur, & humidioribus alimentis; nam ob colli longitudinem & anguſtiam difficulter arida devorat.

Graecos, & Romanos a Porphyrionis eſu abſtinuiſſe innuit Aelianus; ipſius enim pulcritudine compoſitiſque moribus in magnificis aedibus pro delectatione, vel in Templo aliquo, utpote ſacer, tantummodo nutriebatur.

Porphyrionis characteres ſunt: digiti quatuor membranis deſtituti, tres ſcilicet antici, poſticus unus; crura in parte inferiore plumis denudata; roſtrum conicum, lateraliter compreſſum; calvitium in fronte.

T. CCCCLXXXVI. B. — 11.

POLLO SULTANO volgarmente CIMANDORLO, ed in Toſcana FIUMALBO — Lat. *Porphyrio ex viridi nigricans — An Porphyrio minor?* Briſſ. Tom. V. pag. 526. ſpec. 2. — Gall. *la petite Poule-Sultane — Craſſitie Limoſam circiter aequat. Habitat in America & India Orientali.*

T. CCCCLXXXVII. B. — 11. —

POLLO SULTANO della ſpecie antecedente, Femmina — Lat. *Porphyrio antecedentis ſpeciei, Foemina*; Gerin. Ornith. N. 518.

4. Pollo Sultano col capo nero — Lat. *Porphyrio melanocepholos*; Briſſ. Tom. V. pag. 526. Var. A. — *Magnitudine & craſſitie Porphyrionem communem aemulatur. Cum illo coloribus quoque convenit, & ab eo non diſcrepat niſi capite nigro. Habitat in America.*
5. Pollo Sultano verde — Lat. *Porphyrio viridis*; Briſſ. Tom. V. pag. 529. ſp. 3. — *An Porphyrio olivarius, pedibus leucophaeis?* Barr. — *Porphyrioni ex viridi nigricanti paululum craſſitie cedit. Habitat in India Orientali.*
6. Pollo Sultano di color foſco — Lat. *Porphyrio fuſcus*; Briſſ. Tom. V. pag. 531. ſp. 4. — *Gallinulae aquaticae ſecundum genus, quod* Glutt *nominant, quaſi* Glottidem; Geſn. — *Gallinula Chloropos Ornithologi, quam apud Germanos* Glutt *quaſi* Glottidem *vocari ait*; Aldrov. — *Gallinula Chloropos tertia*; Ionſt. — *Habitat in Germania, ~~ibique~~ lacuum, & piſcinarum ripas frequentat.*
7. Pollo Sultano roſſiccio — Lat. *Porphyrio rufeſcens*; Briſſ. Tom. V. pag. 533. ſp. 5. — *Gallinula terreſtris*; Aldrov. Ionſt. & Willugh. — *Gallinula terreſtris, quae vulgo Germanis* Hegeschara *dicitur*; Geſn. — *Trochilus terreſtris vel Rallus terrenus*; idem — *Habita in Germania.*
8. Pollo Sultano roſſeggiante — Lat. *Porphyrio rufus*; Briſſ. Tom. V. pag. 134. ſp. 6. — *Gallinulae aquaticae quartum genus,* Schmirring *dictum; nobis Ochropus magnus*; Geſn. — *Gallinula Ochropus major*; Aldrov. & Ionſt. — *Gallinula Ochropus major Geſnero, Aldrovando*; Willugh. — *Gallinula aquatica Ornithologis; Trochilus aliis Glareola*; Rzac. — *Gallinula aquatica quarta Geſneri; Ochropus magnus ejuſdem; Glareola tertia Schwenckfeldii*; idem. — *Glareola tertia*; Schwenck. — *Glareola tertia Schwenckfeldii*; Klein. — *Habitat in Germania.*
9. Pollo Sultano della Baja d'Hudſon — Lat. *Porphyrio Freti Hudſonis*; Briſſ. Tom. V. pag. 541. ſp. 9. — *Rallus Carolinus*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 83. ſp. 5. — *Habitat in Freto Hudſonis.*
10. Pollo Sultano del Maderaſpatan — Lat. *Prophyrio Maderaſpatanus*; Briſs. Tom. V. pag. 543. ſp. 10. — *Crex Indica ex albo cinerea, nigroque mixta*; Rai. — *Circa Maderaſpatanum habitat.*

T. CCCCLXXXVIII. B. — 11. 2.

COMBATTENTE detto dai Franceſi PAVONE DI MARE — Lat. *Avis pugnax*; Ionſt. Charlet. Marſil. Willugh. Rai. & Rzac. — *Avis quaedam, quam in Belgio* Kemperken, *ideſt Pugnacem vocant.* Aldrov. — *Glareola pugnax*; Klein. — *Philomacus*; Moehr. — *Tringa pedibus rubris, rectricibus tribus lateralibus immaculatis, facie papillis granulatis carneis. Pugnax*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 78. ſp. 1. — *Tringa pugnax*; Briſſ. Tom. V. pag. 240. ſp. 18. — Gall. *Le Combattant ou Paon-de-mer* — Angl. *Ruffe* (Maſ) *Reeve* (Foemina).

SIffatti Uccelli hanno ottenuto il nome di Combattenti per ragione che tra i maſchi ſi oſſerva altercazione così grande, che continuamente combattono, e ſcambievolmente ſi uccidono, fintantochè ſieno divenuti di numero eguale colle loro femmine. Eglino ripoſano di notte con ſomma quiete, e di giorno volano a branchi, ed ivi toſto ſi azzuffano, dove calano a terra. Tra le femmine però non naſce conteſa alcuna.

Eſſi ſi raggirano lungo le rive del mare, frequentano le paludi, ed i confini generalmente delle acque; dove ancora coſtituiſcono i loro nidi.

Ogn'anno appariſcono in gran numero in tempo di eſtate, venendo dal Settentrione, nelle Paludi della Provincia di Lincoln, ove ſi trattengono, e nidificano; nell'autunno poi partono, e non ſi sà verſo qual parte.

I Combattenti ſono del genere di Culbianco o Beccaccino, e perciò dagli Ornitologi vengono diſtinti con i medeſimi caratteri di quello.

HUjuſmodi Aves Pugnacium *nomen ſunt adeptae, quia inter mares tanta obſervatur contentio, ut continuo pugnent, & ſeſe mutuo occidant, donec cum foeminis numero pares evaſerint; ipſae enim noctu quiete conſident, interdiu turmatim volitant, illico dimicantes ubi ſe in terram demittunt. Inter foeminas vero nulla differentia eſt.*

Juxta maris littora, paludes, & aquarum confines verſantur, & nidificant.

Quotannis aeſtate immenſo numero e ſeptentrione in paludes Agri Lincolnienſis advolant, ibique nidulantur, & autumno diſcedunt, & quo peregrinentur ignotum eſt.

Pugnaces Aves ſunt ex genere Tringae, ideoque characteribus Tringae ab Ornithologis diſtinguuntur.

L'Al-

Octo

L'Aldrovando riporta e descrive otto generi, o sieno piuttosto forme di questi Uccelli, che ancor noi riportiamo in Catalogo dopo la seguente Tavola.

Octo ipsarum genera, seu formas potius descripsit & depingi curavit Aldrovandus, quas infra post sequentem Tabulam reportamus.

T. CCCCLXXXIX. B. — 11. 2.

COMBATTENTE Indiano nominato in Francia UCCELLO BIANCO, e più comunemente IL GOBBO, e nell'Indie RUPIE — Lat. *Avis pugnax Indica* — Gall. *Oiseau blanc, & plus communement le Bossu*, in Indiis vero *Rupie*.

Hujus generis Avis sive Europeae, sive Indicae originis sequentes habentur apud Authores varietates.

3. Prima *Perdicis instar toto corpore maculis respergitur. Caput Galeritae velut apice insigne est. Rostrum exile, in extremitate nonnihil recurvum. Caput, cervix, dorsum, alae, venter, & femora ex luteo ad castaneae fere colorem tendunt, & maculis, quae in capite adeo exiguae sunt, ut exigua punctula potius videantur, respergunntur.*
4. Altera *cristam quoque in vertice gerit. Ventre nigricat, candicat pectore. Mentum macula nigricans, ceu barba quaedam exornat. In fronte albicat; in occipite, & in reliquis partibus ex albo ad fuscum vergit.*
5. Tertia *tota fere est rufa, nigris maculis lunam aemulantibus undique, excepta cervice, insperſa, apice caret. Femora, & infernum uropygium colore sunt baetico. Alarum pennae majores nigrae, in fine et ad latera fere croceae.*
6. Quarta *colore fere cum ista convenit, nisi quod venter sit fuscus, podex albicans, alas subalbicantes maculae multae, magnae, transversales, tortuosae transcurrunt. Caput nigrum magnae pennae velut galeam eleganter exornant, quas procul dubio dimicatura gerit.*
7. Quinta *ejusdem fere est coloris, sed pennas eas, quas erigit dimicatura majores, candidas, & in extremitatibus suis nigras habet.*
8. Sextae *pennae illae sunt candidae, color plurimum diversus. Toto enim corpore fusca est, exceptis femoribus, & cauda, quae sunt colore baetico. Ante albas illas in collo surrectas alias habet in vertice, quae minores sunt & nigrae. Caput ex cinereo flavescit.*
9. Septima *pennis omnibus variat, viridibus, albis, rubris, amethystinis, luteis, & quod observatu dignum est, nulla earum alterius colore permiscetur.*
10. Octavam *auritam Natura fecit. Rostro est gracili & oblongo; a capite per collum pennae undequaque pendent, magnitudine aequales, sed in quibus varios cernere est colores, qui velut varios torques formant, modo ferrugineos, modo rubros, modo albos. Collum habet longum, valde gracile, tenue, ad latera caudicans, caetera lutescens, lineolis longis undequaque consperſum. Caput ad latera maculam miniaceam magnam habet, in qua oculi siti sunt; aures Asininis non dissimiles; crura duplo quam praecedentibus breviora; digitum posticum admodum brevem.*

T. CCCCLXXXX. B. — 6. 1.

MERLA acquatica, o ACQUAIOLA comune — Lat. *Merula aquatica, vel Rivalis*; Gesn. — *Merula aquatica Ornithologi*; Aldrov. — *Turdus aquaticus*; Gesn. & Aldrov. — *Cornix aquatica*; Gesn. — *Trynga*; Charlet. — *Merula aquatica*; Gesn. Schwenck. Ionst. Willugh. Rai. Charlet. & Briss. Tom. V. pag. 252. sp. 19. — *Sturnus niger, pectore albo, Cinclus*; Linn. Syst. Nat. Gen. 94. sp. 4. — Gall. *Le Merle-d'eau* — Angl. *Water-Ouzel*.

LA Merla acquatica, o Acquajola comune è quasi eguale in grandezza alla Merla volgare; raggirasi intorno ai fiumi, ed ai rivi, il cui letto sia ripieno di sassi. Nelle Alpi degli Svizzeri è molto frequente. Sebbene non sia Uccello *palmipede*, tuttavia s'immerge alle volte sott'acqua. Và in traccia di piccoli pesci, nè ricusa cibarsi d'insetti. E' Uccello solitario, e soltanto nel tempo della generazione vola di concerto colla sua femmina. Essa è del genere dei Beccaccini, e perciò con i medesimi caratteri di questi viene ancora distinta.

Magnitudine Merulae vulgari suppar est. Versatur circa fluvios, & rivos, quorum alvei saxis pleni sint. In Alpibus Helveticis multo frequentes. Quamquam palmipes *non sit, sub aquis tamen nonnumquam se mergit. Pisces praedatur, nec insecta aversatur. Avis est solitaria, & pariendi tantum tempore cum foemina volat. Merula aquatica, vel rivalis inter Tringas reponitur, eisdem ideo characteribus, quibus Tringa, distinguitur.*

T. CCCCLXXXXI. B. — 6. —

MERLA acquatica di petto ceruleo scuro — *Merula aquatica pectore caeruleo fusco*; Gerin. Ornith. N. 520.

T. CCCCLXXXXII. B. — 6. 1.

MERLA acquatica nera — Lat. *Merula aquatica nigra*; Gerin. Ornith. N. 522.

T. CCCCLXXXXIII. B. — 6. —

ISPIDA volgarmente Uccello S. MARIA, o Uccello PESCATORE — Lat. *Ispida*; *Alcyon Fluviatilis*; *Alcyon Riparia*; *Alcedo*; *Avis S. Mariae, vulgo Regis Piscator*; *Ploumbina*; *Martinus Piscator*; Rzac. — *Ispida*; Gesn. Aldrov. Ionst. Willugh. Rai. Sibbad. Moehr. & Briss. Tom. IV. pag. 571. sp. 1. — *Ispida nostras*; Klein. — *Alcyon*; Gesn. Aldrov. & Charlet. — *Alcyon & Alcedo*; Ionst. — *Picus Marinus*; Gesn. — *Alcedo branchyura, supra caerulea, subtus fulva, Ispida*; Linn. Syst. Nat. Gen. 56. sp. 1. — Gall. *Le Martin-pescheur* — Angl. *King-Tisher*.

L'Ispida è Uccello solitario, e trovasi nei maggiori rigori dell'inverno alle rive congelate dei siumi: nell'estate poi raggirasi nei luoghi ombrosi vicino ai siumi, ed ai rigagnoli. Fa il suo nido nella rena, o in qualche scoglio vicino all'acqua; e lo costruisce di pappi di canne, dandogli una forma rotonda, coll'apertura da una parte; partorisce alle volte fino a nove pulcini. Cibasi di piccoli pesci e d'insetti.

Ispida Avis solitaria est, & media hyeme circa fluminum ripas glacie concretas reperitur; aestate vero in locis umbrosis prope flumina ac rivos versatur. In arena vel scopulo aliquo juxta aquam nidificat. Nidum forma rotundum, foramine in angulo ex pappis arundinum construit; pullosque interdum novem fovet. Piscciculis & insectis victitat.

La sua pelle conservata insieme colle penne vien riputata un possente riparo dalle Tignuole. Alcuni più per ischerzo, che per fiducia hanno creduto essere illesa dal fulmine quella casa, dove rimanga sospeso il suo nido. L'Aldrovando redarguisce come cosa falsa, che la sua pelle conservata appesa muti ogn'anno le penne, come se fosse nel proprio Individuo vivente.

Pellis ejus cum pennis asservata peculiari vi adversus tineas pollere creditur. Non tangi fulgure domum, in qua ejus nidus sit suspensus, nugantur quidam. Suspensam pellem pennas quotannis tamquam in vivo corpore mutare falsum comperit Aldrovandus.

Quest' Uccello nutrito in gabbia vive da quattro in cinque anni secondo l'assistenza del suo Alimentatore.

Avis haec in cavea enutrita juxta altoris curam quatuor vel quinque annos vivit.

I caratteri dell'Ispida sono, quattro dita prive di membrane, tre anteriori ed uno posteriore; le gambe ricoperte di piume fino al calcagno; il becco dritto, alquanto lungo, grosso ed acuto.

Ispidae characteres sunt: digiti quatuor membranis destituti, tres scilicet antici, posticus unus: crura ad calcaneum usque plumosa: rostrum rectum, longiusculum, crassum, acutum.

2. ISPIDA di Bengala — Lat. *Ispida Bengalensis*; Klein, & Briss. Tom. IV. pag. 475. sp. 2. — *Crassitie Ficedulam non antecellit. Habitat in Bengalensi Regno.*
3. ISPIDA minore di Bengala — Lat. *Ispida Bengalensis minor*; Briss. Tom. IV. pag. 471. sp. 3. — *Praecedenti nonnihil crassitie cedit. Habitat in Bengalensi Regno.*
4. ISPIDA Indiana — Lat. *Ispida Indica*; Briss. Tom. IV. pag. 579. sp. 4. — *Speciem istam Brissonio videre non contigit; ipse enim illius descriptionem desumpsit ex icone a D. Poivre in India depicta. Vide Brissonium loco citato.*
5. ISPIDA col collare Indiana — Lat. *Ispida torquata Indica*; Briss. Tom. IV. pag. 481. sp. 5. — *Hanc pariter non vidit Brissonius, qui eam desumpsit, et aere insculpendam curavit ex icone in India a D. Poivre depicta.*
6. ISPIDA col ciuffo dell'Isole Filippine — Lat. *Ispida Philippensis cristata*; Briss. Tom. IV. pag. 481. sp. 6. — *Ispida rostro luteo*; Klein. — *Alcedo Amboinensis cristata*; Sebb. — *Crassitie Ficedulam non multum antecellit. Habitat in Amboinensi et Philippensibus Insulis.*
7. ISPIDA del Senagal — Lat. *Ispida Senegalensis*; Briss. Tom. IV. pag. 485. sp. 7. — *Cum Ispida nostrate crassitie circiter convenit. Habitat in Senegalensi Regione.*
8. ISPIDA del Capo di Buona Speranza — Lat. *Ispida Capitis Bonae Spei*; Briss. Tom. IV. pag. 488. sp. 8. — *Merulam crassitie paululum antecellit. Habitat in Capite Bonae Spei.*
9. ISPIDA verde d'America — Lat. *Ispida Americana viridis*; Briss. Tom. IV. pag. 490. sp. 9. — *Ispidae nostrati crassitie cedit. Habitat in America.*

10. Ispida dell' Iſola di Cajenna — Lat. *Iſpida Cayanenſis*; Briſſ. Tom. IV. pag. 492. ſp. 10. — *Ad Sturni craſſitiem accedit. Habitat in Cayana.*
11. Ispida maggiore del Senagal — Lat. *Iſpida Senegalenſis major*; Briſſ. Tom. IV. pag. 494. ſp. 11. — *Praecedentem craſſitie circiter adaequat. Habitat in Senegalenſi Regione.*
12. Ispida di color celeſte del Madagaſcar — Lat. *Iſpida Madagaſcarienſis caerulea*; Briſſ. Tom. V. pag. 496. ſp. 12. — *Craſſitie praecedentem multum antecellit. Habitat ad ripam fluminis Gambenſis, et in Madagaſcaria.*
13. Ispida di Smirne — Lat. *Iſpida Smyrnenſis*; Briſſ. Tom. IV. pag. 499. ſp. 13. — *Praecedenti paulum craſſitie cedit. Habitat circa Smyrnam.*
14. Ispida maggiore di Bengala — Lat. *Iſpida Bengalenſis major*; Briſſ. Tom. IV. pag. 501. ſp. 14. — *Cum Iſpida Madagaſcarienſi caerulea craſſitie circiter convenit. Habitat in Bengalenſi Regno.*
15. Ispida col collare di Bengala — Lat. *Iſpida Bengalenſis torquata*; Briſſ. Tom. IV. pag. 503. ſp. 15. — *Iſpidam noſtratem craſſitie circiter aemulatur. Habitat in Bengalenſi Regno.*
16. Ispida di color celeſte Americana — Lat. *Iſpida caerulea Americana*; Briſſ. Tom. IV. pag. 505. ſp. 16. — *Iſpida roſtro albo*; Klein. — *Alcedo Americana, ſeu Apiaſtra*; Sebb. — *Praecedenti craſſitie cedit. Habitat in America.*
17. Ispida Indiana col ciuffo — Lat. *Iſpida Indica criſtata*; Briſſ. Tom. IV. pag. 506. ſp. 17. — *Iſpida criſtata*; Klein. — *Alcedo criſtata Orientalis elegantiſſime picta*; Sebb. — *Cum praecedente craſſitie circiter convenit. Habitat in India Orientali.*
18. Ispida del Madagaſcar — Lat. *Iſpida Madagaſcarienſis*; Briſſ. Tom. IV. pag. 508. ſp. 18. — *Iſpidam Philippenſem criſtatam circiter aequat. Habitat in Philippenſibus Inſulis et Madagaſcaria.*
19. Ispida del Braſile — Lat. *Iſpida Braſilienſis*; Briſſ. Tom. IV. pag. 510. ſp. 19. — *Avis Anonyma prima*; Marcg. et Ionſt. — *Magnitudine et craſſitie cum Iſpida noſtrate circiter convenit. Habitat in Braſilia.*
20. Ispida del Braſile col ciuffo — Lat. *Iſpida Braſilienſis criſtata*; Briſſ. Tom. IV. pag. 511. ſp. 20. — *Alcedo muta, cirrata, ſubviridis*; Barr. — *Turdelam craſſitie circiter aequat. Piſcibus victitat. Habitat in Guiana et Braſilia.*
21. Ispida col ciuffo della Carolina — Lat. *Iſpida Caroliuenſis criſtata*; Briſſ. Tom. IV. pag. 115. ſp. 21. — *Craſſitie Merulam paululum antecellit. Lacertis, ſicuti et piſcibus victitat. Habitat in Carolina.*
22. Ispida col ciuffo dell'Iſola di S. Domingo — Lat. *Iſpida Dominicenſis criſtata*; Briſſ. Tom. IV. pag. 115. ſp. 22. — *Cum praecedente craſſitie circiter convenit. Habitat in Dominicenſi Inſula, in Freto Hudſonis, et in variis Americae Regionibus.*
23. Ispida col ciuffo del Meſſico — Lat. *Iſpida Mexicana criſtata*; Briſſ. Tom. IV. pag. 518. ſp. 23. — *Avis torquata*; Cuſ. — *Avis piſcium vibratrix*; Ionſt. Willugh. & Rai. *& craſſitie Picam nonnihil antecellit. Habitat in Mexico, et Martinica.*
24. Ispida di color nero e bianco variato — Lat. *Iſpida ex albo et nigro varia*; Klein. & Briſſ. Tom. IV. pag. 520. ſp. 24. — *Iſpida ex albo et atro varia*; Sloane. — *Cum Iſpida Madagaſcarienſi caerulea craſſitie circiter convenit. Habitat in Iamaica, Aſia et Africa. A Capite Bonae Spei in Muſeum Realmurianum miſſa eſt, ex qua Briſſonius deſcriptionem deſumpſit.*
25. Ispida picchiettata del Braſile — Lat. *Iſpida Braſilienſis naevia*; Briſſ. Tom. IV. pag. 524. ſp. 25. — *Magnitudine et craſſitie cum Sturno convenit. Candam habet duos pollices et ſex lineas longam. Habitat in Braſilia.*
26. Ispida dell'Iſola di Ternate — Lat. *Iſpida Ternatana*; Briſſ. Tom. IV. pag. 525. ſp. 26. — *Avis Paradiſiaca Ternatana*; Sebb. — *Pica Ternatana*; Klein. — *Pyrrhocorax*; Moehr. — *Cum Sturno craſſitie circiter convenit. Habitat in Ternata ex Moluccis Inſulis una.*

T. CCCCLXXXXIV. B. — 8. 1.

MEROPE volgarmente in Toſcana TORDO MARINO, e nel Bologneſe DARDANO — Lat. *Merops ſive Apiaſter*; Willugh. & Rai. — *Merops*; Geſn. Aldrov. Ionſt. & Moehr. — *Merops ſimpliciter*; Klein. — *Merops flaveſcens*; Rzac. — *Merops Apiaſter dorſo ferrugineo, abdomine caudaque viridi-caeruleſcente, rectricibus duabus longioribus*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 57. ſp. 1. — *Apiaſter*; Briſſ. Tom. IV. pag. 532. ſp. 1. — Gall. *Le Gueſpier*. — Angl. *Bee-Cater*.

IL Tordo Marino detto Merope dagli Ornitologi abita la parte meridionale d'Europa, e le provincie meridionali della Francia. Nell' Iſola di Candia è frequentiſſimo; nell'Italia, e particolarmente nella Campagna di Roma non è ſenza dubbio Uccello molto raro; non così però accade in Inghilterra, dove egli non trovaſi in maniera alcuna. Cibaſi di Api; e perciò Virgilio proibiſce che ſieno gli alveari coſtruiti vicino al di lui nido. Si paſce ancora di Cicale, Scarafaggi, ed altri inſetti, come ancora di ſemi di Lampſana, Caucalide e Rape; e per la molta ſomiglianza, che ha coll' Iſpida,

MErops Ornithologis in Meridionali Europae Regione, & quidem in Meridionalibus Galliae Provinciis habitat. In Creta Inſula tam vulgaris eſt, ut paſſim in ea conſpiciatur. In Italia, praeſertim in Agro Romano non admodum infrequens eſt; in Anglia vero non invenitur. Victitat apibus; ideo Virgilius Meropis nidum prope alvearia prohibet. Verum non apibus tantum, ſed & cicadis, ſcarabaeis, aliiſque veſcitur inſectis: nec lampſanae, caucalidis, & raparum ſeminibus abſtinet: quin ob exactam ejus convenientiam cum Iſpida, ſuſpicamur eam piſces pariter praedari. Nidificat in cavernulis, in-

da, ſoſpettiamo che ſi cibi egualmente di peſci. Nidifica nelle buche profonde ora all'altezza di ſei, ora di quattro piedi, e partoriſce ſei o ſette pulcini. Suol volare a branchi intorno ai monti doviziosi di timo; e tramanda una voce ſimile in certa maniera a quella d'un Uomo, che canti fiſchiando colla bocca ſocchiuſa e rotondata.

Il Tordo Marino differiſce ſoltanto nei caratteri dall'Ispida; perchè queſta ha il becco dritto, alquanto lungo, groſſo ed acuto; e quello lo ha ſoltanto acuto ed inarcato.

interdum ad ſex, interdum ad quatuor pedum altitudinem defoſſis; & ſex, aut ſeptem pullos parit. Gregatim volat circa montes, qui tymum ferunt. Vocem inſtar hominis quodammodo edit, qui ore in rotundum clauſo ſibilans caneret.

Merops ab Iſpida tantum in characteribus diſcrepat; quod iſta roſtrum habet rectum, longiuſculum, craſſum, acutum; illa acutum tantummodo & arcuatum.

2. Merope col capo giallo — Lat. *Apiaſter Icterocephalos*; Briſſ. Tom. IV. pag. 537. ſp. 2. — *Merops alter*; Geſn. Aldrov. & Klein. — *Merops alter, ſeu Meropi congener Aldrovandi*; Willugh. — *Merops alius*; Ionſt. — *Magnitudine et craſſitie praecedentem antecellit. Habitat in variis Europae Regionibus.*
3. Merope gialliccia — Lat. *Apiaſter flavicans*; Briſſ. Tom. IV. pag. 539. ſp. 3. — *Manucodiata capite albo, maculis fulvis*; Barr. — *Manucodiatae ſecunda ſpecies*; Aldrov. — *Manucodiata ſecunda Aldrovandi*; Willugh. Rai. & Klein. — *Manucodiatae altera ſpecies*; Ionſt. *Praecedentem multum craſſitie et magnitudine ſuperat. In qua Regione habitet prorſus nos latet.*
4. Merope del Braſile — Lat. *Apiaſter Braſilienſis*; Briſſ. Tom. IV. pag. 540. ſp. 4. — *Merops Braſilienſis*; Klein. — *Pica Braſilienſis*; Seb. — *Ardeae affinis*; Moehr. *& Apiaſtrum noſtratem craſſitie circiter aemulatur. Habitat in Braſilia.*
5. Merope del Meſſico — Lat. *Apiaſter Mexicanus*; Briſſ. Tom. IV. pag. 541. ſp. 5. — *Merops cinereus*; Klein. — *Curruca*; Moehr. — *Alaudam craſſitie non ſuperat. Habitat in Mexico.*
6. Merope dell' Iſola di Francia — Lat. *Apiaſter ex Franciae Inſula*; Briſſ. Tom. IV. pag. 543. ſp. 6. — *Alaudam criſtatam non multum craſſitie ſuperat; ſed corpore donatur multo magis elongato. Habitat in Franciae Inſula.*
7. Merope del Madagaſcar — Lat. *Apiaſter Madagaſcarienſis*; Briſſ. Tom. IV. pag. 546. ſp. 7. — *Craſſitie praecedentem paululum antecellit. Habitat in Madagaſcaria.*
8. Merope del Madagaſcar col collare — Lat. *Apiaſter Madagaſcarienſis torquatus*; Briſſ. Tom. IV. pag. 449. ſp. 8. — *Paſſerem craſſitie non excedit. Habitat in Madagaſcaria.*
9. Merope di Bengala col collare — Lat. *Apiaſter Bengalenſis torquatus*; Briſſ. Tom. IV. pag. 552. ſp. 9. — *Cum Apiaſtro Madagaſcarienſi craſſitie circiter convenit. Habitat in Bengalenſi Regno.*
10. Merope minore dell' Iſole Filippine — Lat. *Apiaſter Philippenſis minor*; Briſſ. Tom. IV. pag. 555. ſp. 10. — *Apiaſtrum Madagaſcarienſem torquatum craſſitie circiter aemulatur. Habitat in Philippenſibus Inſulis.*
11. Merope d'Angola — Lat. *Apiaſter Angolenſis*; Briſſ. Tom. IV. pag. 558. ſp. 11. — *Hanc Apiaſtri ſpeciem nunquam Briſſonio videre contigit: ipſius deſcriptionem deſumpſit ex icone ad Avem ipſam depicta a D. Poivre, et ſic eam aeri inſculpendam curavit. Praecedenti craſſitie cedit. Habitat in Angolenſi Regno in Africa.*
12. Merope maggiore dell' Iſole Filippine — Lat. *Apiaſter Philippenſis major*; Briſſ. Tom. IV. pag. 560. ſp. 12. — *Apiaſtro noſtrati nonnihil craſſitie cedit. Habitat in Philippenſibus Inſulis.*
13. Merope Indiana — Lat. *Apiaſter Indicus — Apiaſter Indicus erythrocephalos*; Briſſ. Tom. IV. pag. 563. ſp. 13. — *Apiaſtrum Angolenſem craſſitie paululum ſuperat. Habitat in India Orientali.*

T. CCCCLXXXXV. *B.* — 15. 2.

AVOSETTA, o BECCOSTORTO, ed in qualche luogo d'Italia SPINZAGO d'ACQUA. — Lat. *Avoſetta, ſeu Recurviroſtra*: Geſn. & Charlet. — *Avoſetta Italis dicta*; Aldrov. — *Avoſetta Italorum*; Ionſt. — *Recurviroſtra*: Willugh. Rai. Marſ. & Rzac. — *Recurviroſtra ſubtus alba, ſuperne nigricans, pedibus cyaneis*; Barr. — *Plotus recurviroſter*; Klein. — *Recurviroſtra, Avoſetta, albo nigroque varia*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 80. ſp. 1. — *Avocetta*; Briſſ. Tom. VI. pag. 538. ſp. 1. — Gall. *L'Avocette* — Angl. *Scooper*.

IL Willughby oſſervò queſt' Uccello tanto in Roma, come in Venezia, eſſendo molto frequente in Italia. Approſſimandoſi l'inverno le Avoſette volano a branchi nei lidi Occidentali dell'Inghilterra; e dopo uno, o al più due meſi partono, forſe in cerca di ſpiagge meno ſoggette al rigore del freddo; lo che rapporta ed atteſta il Charleton. Crede l'Aldro-

AVem hanc Willughbejus tum Romae, tum Venetiis vidit; nam in Italia multum frequens eſt. Accedente hyeme Avoſettae gregatim convolant in Occidentalia Angliae littora, & poſt menſem unum, aut alterum diſcedunt, in oras forſan frigori minus obnoxias. Author eſt Charletonius. Aves eſſe ex Pugnacium *genere credit*

Al-

van-

vando che le Avosette sieno Uccelli del genere dei *Combattenti*, e che esse combattino con parecchi Uccelli del genere Tordino e Passerino.

I Caratteri dell' Avosetta sono quattro dita, tre anteriori collegate fra di loro con membrane intiere, ed uno posteriore, sciolto: le gambe nella parte inferiore spogliate di piume, poste circa la metà del corpo, fuor dell' addome, e più lunghe del corpo stesso; il becco senza dentatura, sottile, molto lungo, orizzontalmente compresso, e superiormente inarcato.

* *Aldrovandus, easque cum nonnullis ex Turdino & Passerino genere Avibus pugnare.*

Avosettae characteres sunt digiti quatuor, tres scilicet antici membranis integris inter se connaexi, posticus solutus: crura in infima parte plumis denudata, circa corpus medium & extra abdomen posita, corpore breviora: rostrum edentulum, gracile, satis longum, horizontaliter compressum, sursum arcuatum.

T. CCCCLXXXXVI. B. 1. 12. —

FENICOTTERO, altrimenti FIAMMINGO e DAMIGELLA DELL' INDIE — Lat. *Phoenicopterus*; Gesn. Aldrov. Ionst. Willugh. Raj. Sloane & Charlet. — *Phoenicopterus Authorum*; Moehr. — *Phoenicopterus Plinii, Aldrovandi*; Klein. — *Phoenicopterus Americanus*; Seb. — *Phoenicopteros Avis*; Mus. Worm. — *Avis, quam Hispani* Flamenco *vocant*; Ioan. de Laet. — *Phoenicopterus ex cinereo puniceus, minori rostro*; Barr. — *Phoenicopterus roseus*; idem. — *Phoenicopterus ruber*: Linn. Syst. Nat. Gen. 72. sp. 1. — *Phoenicopterus coccineus*; Briss. Tom. VI. pag. 532. sp. 1. — Gall. *Le Flamant*. — Angl. *Flamengo, e Phenicopter*.

IL Fenicottero inoltrandosi nell' età, varia di colore, come ha notato M. Brisson, che per tal riflesso ne ha insieme riportate tre varietà. Abita per lo più in mezzo agli stagni marittimi, cibandosi di pesci e chiocciole. Mentre mangia, in tal maniera contorce il capo ed il collo, che perviene a toccare il terreno colla parte appianata della mandibula superiore; dipoi ora in questa, ora in quella parte stranamente volgendo il capo, prende cibo.

Abita quest' Uccello nell' America, ed alcune volte si è veduto in Francia nei lidi meridionali. Le sue gambe sono di tanta lunghezza, che mentre egli cova, non può ristringerle, e collocarle dentro del nido; onde costruisce il suo nido sopra dei monticelli situati nell' acqua, e vi cova colle gambe pendenti dall' una e dall' altra parte.

Distinguesi il Fenicottero da quattro dita, tre anteriori collegate fra di loro da membrane intiere, ed uno posteriore, sciolto; dalle gambe nella parte inferiore spogliate di piume, poste circa la metà del corpo, fuor dell' addome, e lunghissime; dal becco dentato, e verso la metà della lunghezza inferiormente incurvato; e dalla mandibula inferiore notabilmente più larga della superiore.

* *PHoenicopterus, aetate provehundo, colore variat, ut Brissonius notavit, illiusque tres varietates descripsit. In mediis stagnis marinis degit, piscibus & cochleis vescitur. Dum edit, collum caputque ita contorquet, ut mandibulae superioris pars plana terram attingat; dein caput hinc inde motitat, & sic cibum arripit.*

Habitat in America; quandoque in Gallia juxta maris littora Meridionalia versatur. Ipsius crura tanta longitudine pollent, ut dum incubat, ea in nido collocare nequeat; & ideo supra monticulos in aqua sitos nidum construit, ibique insidet cruribus uno in uno latere, alio in altero pendulis.

Distinguitur Phoenicopterus digitis quatuor, tribus anticis membranis integris inter se connexis, postico soluto; cruribus in parte infima plumis denudatis, circa corpus medium, & extra abdomen positis, longissimis; rostro denticulato, mediam versus longitudinem deorsum incurvo; mandibula inferna notabiliter superna latiore.

T. CCCCLXXXXVII. B. 1. 4. —

PINGUINO maggiore — Lat. *Alca major, Nautis Anglicis* Pinguin. — *Alca impennis, roſtro compreſſo-ancipiti ſulcato, macula ovata utrinque ante oculos*; Linn. Syſth. Nat. Ed. 10. Gen. 63. ſp. 2. — *Anſer Magellanicus*; idem ibidem Ed. 6. Gen. 52. ſp. 2. — *Alca torquata, ſubtus albicans, ſuperne nigricans*; Barr. — *Pingnin*; Mus. Worm. — *Pinguin Nautibus noſtratibus dicta*; Willugh. & Raj. — *Chenalopex*; Moehr. — *Mergus Americanus*; Cluſ. Willugh. & Charlet. — *Pinguin Arcticus*; Edward. Tom. III. Tab. 147. — *Alca maior*; Briſſ. Tom. VI. pag. 85. ſp. 1. — Gall. *le grand Pingoin* — Angl. *Northern Penguin*.

ABitano queſti Uccelli i Mari Settentrionali, e le Regioni Meridionali dell' America, e particolarmente frequentano lo Stretto Magellanico. Riferiſce Frezier che ſono ſconoſciuti in Affrica, eccettuato che nelle adjacenze di una piccola Iſola vicino al Capo di buona Speranza, la quale prende il ſuo nome da quello di queſti Uccelli. Eſſi vengono a terra in gran numero nel tempo della cova, ſcavando il terreno come fanno i Conigli, e devaſtano con buche quaſi interamente le Iſole, a ſegno che ſi rende difficile ai Viaggiatori il caminarvi ſenza dar dentro co' piedi in qualche ſcavo. Le loro Uova ſono molto più piccole di quelle dell' Oca: incominciano a covare ſulla fine di Settembre, ovvero ſul principio d' Ottobre, e ſe ne ſono trovati ſpeſſe volte quattro, o cinque, che covavano inſieme nella medeſima buca.

Allorchè eſſi ſono a terra ſembrano eſtremamente gravi e peſanti a cagione delle lor gambe collocate vicino all'ano, e naſcoſte dentro l'addome; ſi ſoſtengono però in un' attitudine affatto dritta; per lo che alcuni Viaggiatori, veggendogli da lontano, gli hanno preſi per Pigmei. Nuotano nell' acqua con una velocità grandiſſima. Cibanſi ordinariamente di peſci, ed alcune volte di erbe, come le Oche. La loro carne è molto graſſa, ed ha il ſapore di peſce. I Viaggiatori ſogliono ſalarla, e mangiarla in viaggio ridotti alle ultime neceſſità. Il nome di queſto Uccello, è *Pinguin* atteſa la ſua *pinguedine*. *Penguin* è voce corrotta. Alcuni ſi ſono immaginati eſſere un' antica parola celtica che ſignifica *Teſta bianca*; ma le principali Specie di queſto Genere hanno la teſta nera ſecondo le relazioni degli Autori e Viaggiatori più accreditati.

AVes hae in Septentrionalibus Maribus, ac in Americae Meridionalibus Regionibus habitant, ac reperiuntur praecipue in Freto Magellanico. Ait Frezierus minime frequentes eſſe in Africa, excepta Inſula non procul a Capite bonae Spei, quae illis abundat, atque ab illis nomen habet. Incubatus tempore magno numero terram petunt, & Cuniculorum inſtar Inſulas effodiunt; totum ſolum adeo cavum interdum efficientes, ut per Inſulas Viatores gradientes ſaepiuſcule genu tenus in eas foveas incidant. Earum Ova Anſerinis minora ſunt. Incubare incipiunt Septembris ſub fine, vel Octobris initio: & interdum quaternas, aut quinas in una ſcrobe latere, compertum eſt.

Cum humi conſiſtunt, ſummi ponderis ac admodum graves videntur, quod accidit ratione crurum ad podicem poſitorum, conditorumque intra abdomen; at erectae & ſublimi capite incedunt, ut procul Viatoribus intuentibus homunculi, aut Pygmaei viſae ſunt. Velociter in aquis natant. Saepiſſime piſcibus victitant, quandoque herbis inſtar Anſerum. Earum caro ſatis pinguis piſce ſapit. Viatores illam ſale condiunt, atque in itinere edunt, cum maior fit ciborum inopia. Avis haec a pinguedine Pinguin *dicta eſt:* Penguin *corruptum nomen. Nonnulli crediderunt celticam vocem eſſe ac vetuſtam,* Caput Album *ſignificantem; at huiuſmodi Generis praecipae Species caput habent nigrum, quod celebriores Viatores Authoreſque teſtati ſunt.*

2. PINGUINO. comune — Lat. *Alca vulgaris — Alka*; Clus. Euſ. Mus. Worm. & Ionſt. — *Alka Hoieri*; Sibbald. Rzac. & Willugh. — *Planus tonſor*; Klein. — *Alca Hoieri, Clusii, Wormii Muſei*; Raj — *Alca roſtri ſulcis quatuor; linea utrinque alba a roſtro ad oculos. Torda*; Linn. ſyſth. Nat. Gen. 63. ſp. 1. — *Alca*; Briſſ. Tom. VI. pag. 89. ſp. 2. — *Anati domeſticae paululum craſſitie cedit. Habitat in Septentrionalibus Regionibus. Iuxta Maris Littora in Gallia quandoque verſatur. In rupium foraminibus inacceſſis nidificat: ova ponit candida, maculis nigris inſignita.*

3. PINGUINO

3. Pinguino minore — Lat. *Alca minor*; Briſſ. Tom. VI. pag. 92. ſp. 3. — *Æthia*; Bell. — *Mergus Bellonii*, Aldrov. Willugh. & Raj. — *Praecedenti paululum craſſitie cedit: juſta Maris littora verſatur. Huius generis Avium characteres ſunt: digiti tres antici, membranis integris inter ſe connexi; digitus poſticus nullus: Crura ad podicem poſita, & intra abdomen condita: roſtrum lateraliter planum, tranſverſim ſtriatum, cujus longitudo craſſitiem ſuperat.*
4. Pinguino detto da Linneo Fetonte Demerso, e dal Briſſon Catarractes e Gorfou — *Lat. Alca*; Phaëthon Demerſus *Linnei*, Catarractes & Gorfou *Briſſonii*. — *Phaëthon alis impennibus, roſtro mandibulis edentulis, digito poſtico diſtincto; Phaëthon demerſus*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 67. ſp. 2. — *Catarractes*, Briſſ. Tom. VI pag. 102. ſp. 1. — *Penguin*; Edward. Tom. I. pag. 49. — *Briſſonius Avem hanc diverſi generis habet, illiq. diſſimiles tribuit caracteres; nempe digitos quatuor, tres ſcilicet anteriores membranis integris inter ſe connexos, poſticum ſolutum: crura ad podicem poſita, & intra abdomen condita: roſtrum rectum, apice mandibulae ſuperioris aduncum, inferioris rotundatum. Anſerem domeſticum magnitudine, & craſſitie circiter aemulatur. Habitat in Mari Meridi nali.*
5. Pinguino detto Patagone — Lat. *Alca Patagonica*: — *Pinguinus Patagonicus D. Thomae Pennant*; Rozier. Obſerv. ſuper Phys Hiſt. Nat. & Artes Tom. 1. Par. 1. pag. 200. — *Habitat in Inſula Patagonica*: Patagonici *nomen adeptus eſt, non ſolum quia in Inſula ſic dicta frequens, verum etiam quia magnitudine omnes hujus generis ſpecies ſuperat, ut a Patagonicis homines alii ſuperantur.*

T. CCCCLXXXXVIII. B. 1. 6. —

Diomedea o Sfenisco Brizzolato — Lat. *Diomedea, vel Spheniſcus naevius*; — *Diomedea alis impennibus, pedibus tetradactylis. Diomedea demerſa*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 65. ſp. 2. — *Spheniſcus naevius*; Briſſ. Tom. VI. pag. 99. ſp. 2. — *Penguin ex Oceano Auſtrali pedibus nigris*; Edward. Tom. II. pag. 94. — Gall. *Le Manchot tacheté.*

ABitano queſti Uccelli nel Mare Meridionale, e particolarmente vicino al Capo di Buona Speranza. Il deſcrittoci da Edward varia dal noſtro nei colori; mentre in quelle parti, dove queſto è affatto nero, quello è ſcuro, ſenza eſſer macchiato di alcuni punti, che dal bianco tendono al cenerino. Nel rimanente nulla differiſce; e forſe la ſola differenza procede dalla varietà del ſeſſo.

Il Briſſon ci dà un'altra ſpecie di queſto genere, che chiama ſemplicemente *Sfeniſco*, la qual frequentemente dagli Autori vien confuſa col *Pinguino maggiore*.

I caratteri dello Sfeniſco ſono quattro dita, tre anteriori collegati fra di loro con membrane intiere, ed uno poſteriore, libero: le gambe collocate all'ano, e naſcoſte dentro l'addome: il becco dritto: la punta della mandibula ſuperiore ripiegata, e quella dell'inferiore quaſi troncata.

AVes hae habitant in Mari Meridionali, & praecipue prope Caput Bonae Spei. Illa, cuius deſcriptionem dedit Edwardus, ab iſta coloribus diſcrepat. Omnibus in locis, in quibus nuper deſcripta nigricat, illa fuſceſcit, & punctulis cinereoalbis nunquam variegatur. In reliquis cum iſta perfecte convenit. Forſan ab ea ſexu ſolummodo differt.

Briſſonius alteram huius generis ſpeciem habet, quam ſimpliciter Spheniſcum *appellat, quamque cum* Alca maiore *paſſim Authores confundunt.*

Spheniſci characteres ſunt; digiti quatuor, tres ſcilicet anteriores membranis integris inter ſe connexi; poſticus ſolutus: crura ad podicem poſita, & intra abdomen condita: roſtrum rectum: apex mandibulae ſuperioris aduncus, inferioris quaſi truncatus.

T. CCCCLXXXXIX. B. 2. 6. 2.

QUanto ſopra abbiamo detto dei Cigni, il medeſimo ſi può ſimilmente affermare delle Oche, cioè eſſere Uccelli anfibj, e come dice Varrone frequentare non ſolo la terra, ma ancora le acque. Non trovaſi ſulla Terra Paeſe alcuno ſprovveduto affatto di Oche; ſcrive tuttavia Strabone eſſervi nell' Arabia una Provincia verſo mezzo giorno fertile d' ogni genere di Uccelli fuorchè di Oche e di Galline. Appreſſo di noi però ſono eſſe da per tutto in grande abbondanza.

Per quello che appartiene al loro volo, atteſa la gravezza del corpo, mai per l' ordinario non ſi ſollevano appreſſo di noi da terra; quanto meno però hanno poſſanza nelle ali, tanto più poſſono co' piedi, a ſegno che col loro cammino pedeſtre ſi conducono in lontani Paeſi, ed ai tempi di Plinio ſolevano a piedi giungere a Roma fino dalle ultime Fiandre.

La voce dell' Oca è diſgradevole ed aſpra, e come dice Alberto Magno è Uccello clamoroſo che quaſi mai non ſi acquieta; quan-

QUod de Cygnis ſuperius traditum eſt, id modo de Anſeribus ſimiliter eſt aſſerendum, amphibias ſcilicet Aves eſſe, hoc eſt, ut Varro ait, non terram ſolum, ſed et aquas exquirere. Nulla in orbe terrarum Regio eſt, quae Anſeres non alat; ſcribit tamen Strabo, Arabiae partem, quae Auſtrum verſus adſurgit, Aves omnis generis habere, praeter Anſeres ex Gallinas. Apud nos magna eſt ubique eorum copia.

Quod ad volatum attinet; ob corporis gravitatem nunquam fere in noſtris hiſce Regionibus ſe humo tollunt; quanto vero minus alis, tanto magis pedibus valent, ita ut pedeſtri itinere in longinquas Regiones poſſint pervenire; unde Plinii tempeſtate ab extremo Belgio Romam uſque pedibus venire ſolebant.

Anſer ingratam & obſtreperam vocem habet, & ut ait Albertus, clamoſus eſt, & vix un-

quando poi ella si sdegna tramanda un fischio simile a quello dei Serpenti.

Per ciò che appartiene alla loro generazione, esse si congiungono nell' acqua. Una volta i Naturalisti solevano destinare tre Femmine per ciascun Maschio, in oggi gliene assegnano sei. Il tempo adattatissimo per il loro accoppiamento credesi il cuore del verno. Partoriscono le più Giovani senza coito, ma depongono delle Uova sterili. Il principio di Marzo suol essere per lo più il tempo del loro parto. Covano soltanto le Femmine, ne tralasciano di covare, fintanto che non sieno venuti fuori i Pulcini, lo che accade dentro lo spazio di trenta giorni, o di 25. se la stagione sia favorevole.

Cibansi le Oche di erbe, e secondo il Palladio e Columella amano di molto le vecce, il trifoglio, il fieno greco, e la lattuga: a giorni nostri quasi ogni genere di legumi si dà loro a mangiare mescolati con crusca ed acqua tiepida: alcuni fanno cuocere della crusca con le foglie più tenere di Ortica, e danno loro un tal pasto: altri pongono loro innanzi della crusca soltanto, ed alcune volte qualche porzione di Lattuga, Cicoria, e Crescione, e di altre erbe di tal fatta, che giovano molto al difetto del loro palato: ciò fanno la mattina, la sera, ed il mezzo dì; nel rimanente del giorno sono mandate a pascolare per i prati lungo qualche Lago o Fiume sotto la custodia di un Fanciullo, che sia attento a guardare che esse non si allontanino, nè entrino in luoghi piantati, nè si cibino particolarmente di Joscjamo, e Cicuta, erbe a loro molto nocevoli, e produttrici la stessa morte.

L' età delle Oche si distende fino a sessanta anni, se noi crediamo ad Alberto. Il Willughby fu assicurato da un suo Amico degnissimo di fede, che il Padre di questo aveva posseduta un' Oca dell' età di 80. anni, che non ostante la sua vecchiezza non era punto debole o languida, e dimostrava vigore da poter vivere altrettanto, se non fosse stato costretto ad ucciderla a motivo della di lei malizia e arroganza, onde inveiva contro delle Oche più giovani.

La carne dell' Oca è dura e solida, nientedimeno una volta fu molto stimata; a nostri tempi però non è di tal pregio, e si giudica piut-

unquam tacet; cum vero irascitur sibilum edit Serpentis instar.

Quantum ad Generationem, in aqua coeunt. Singulis maribus tres olim a Physicis destinabantur foeminae, sex hodie. Tempus coeundi aptissimum in bruma. Pariunt & juvenes absque coitu, sed Ova deponunt sterilia. Pariunt ut plurimum Kalendis Martii. Incubatus a Foemina duntaxat absolvitur, nec recedit donec Pullos excusserit. Pulli intra triginta dierum spatium excluduntur, & intra viginti quinque si tepidiores dies sunt.

Anser Avis est herbivora, & juxta Palladium & Columellam vicia, trifolio, faeno graeco, & lactuca delectatur. Nostris temporibus plerique omnis ferme generis legumina Anseribus offerunt, furfure & aqua tepida commista: aliqui furfurem cum urticae foliis teneriusculis incoquunt, & simul exhibent: aliqui furfurem tantum, & aliquando lactucae aliquid, cicorii, ac nasturtii, aliarumque id generis herbarum, ad revocandum vitiosum palatum; idque mane, sero, & meridie factitant; reliquis diei horis ad prata mittuntur prope Lacum aliquem, vel Fluvium sub Pueri custodia, qui ne longius evolent observat, & a consitis locis prohibet, cavetque in primis ne Hyoscyamum, & Cicutam devorent: quod tale quid forte gustantes sopore correpti, nunquam deinde excitantur, sed vitam cum morte commutant.

Anserum aetas ad sexaginta annos protenditur, si Alberto credimus. Narravit nobis (ait Willughbejus) Amicus quidam noster fide dignissimus, Patrem suum Anserem habuisse 80. annos natum, qui prae senectute nihilo imbecillior, aut languidior redditus, etiam alios 80. annos supervicturus videbatur, ne ob malitiam ac ferocitatem, qua in Anseres juniores saeviebat, cum occidere coactus fuisset.

Anseris caro dura & solida est, nihilominus olim in cibis valde expetita; nostris temporibus non tam commendatur, & peculiaris Ju-

piuttosto particolar cibo degli Ebrei, i quali in gran copia mangiano di questi Uccelli in diverse maniere accomodati.

I caratteri delle Oche sono di avere quattro dita, tre anteriori collegate fra di loro con membrane intiere, ed uno posteriore sciolto; il dito interno per tutta la lunghezza del lato interiore orlato di membrana; le gambe poste circa la metà del corpo, fuori dell'addome, e più corte del corpo stesso, e nella parte inferiore spogliate di piume; il becco dentato a guisa di una lima, al di sopra convesso, ed alquanto spianato al di sotto, con grossezza eguale alla larghezza, e con la punta ottusa e munita di una piccola unghia.

deorum cibus existimatur, qui his Avibus diversimode praeparatis frequentissime vescuntur.

Anseris characteres sunt: digiti quatuor, tres scilicet antici membranis integris inter se connexi, posticus solutus; digitus intimus per totam lateris anterioris longitudinem membranula donatus: Crura circa corpus medium, & extra abdomen posita, corpore breviora, & in infima parte plumis denudata; Rostrum, limae instar denticulatum, superne convexum, inferne planiusculum, ipsius crassitie latitudinem aequante, apice unguiculato, & obtuso.

T. DLIX. B. 1. 12. — 1. 10. —

O C A di vario colore, detta ancora O C A P A G L I E T A N A — Lat. *Anser versicolor, quem etiam Paglietanum Anserem nonnulli vocant*; Gerin. Ornith. N. 584. — *Anser versicolor non cirratus*; Barr. — *Anser domesticus versicolor*; Briss. Tom. VI. pag. 262. sp. 1. — *Ad Gallo-Pavonis crassitiem iuxta Brissonium accedit. Huius speciei varietas est* Anser cristatus *eiusdem* Briss. pag. 265. Var. A. & *Anser versicolor cirratus* Barr. Ornith. Class. I. Gen. 11. sp. 1., *qui non discrepat nisi pennis summum caput vestientibus reliquis longioribus, & cristam efficientibus.*

T. DLX. B. 1. 10. —

O C A di vario colore detta in Italia O C A L O M B A R D E L L A — Lat. *Anser alius versicolor, quem vulgo in Italia* Lombardella *dicunt*; Gerin. Ornith. N. 583. — *Antecedentis speciei varietas creditur.*

T. DLXI. B. 1. 6. —

O C A salvatica — Lat. *Anser sylvestris.* — *Anser cinereus corpore subrotundo*; Barr. — *Anser sylvestris*; Frisch. & Prosp. Alp. — *Anser ferus, sylvestris, vel immansuetus*; Gesn. — *Anser ferus*; Gesn. Aldrov. Schwenck, Jonst. Willugh. Raj. Charlet. Sibbald. Rzac. & Marsil. — *Anser ferus simpliciter*: Klein. — *Anser ferus alius, sive tertius sylvestris*: Aldrov. — *Anser ferus alius, sive Flandricus*; ejusdem. — *Anser palustris noster*, Grey Lagg *dictus*; Raj. — *Anas rostro semicylindrico, corpore supra cinereo, subtus pallidiore, collo striato*; *Anser ferus*; Linn. Syst. Nat. Gen. 61. sp. 7. var. 1. — *Anser sylvestris*; Briss. Tom. VI. pag. 265. sp. 2. — Gall. *L'Oye sauvage* — Angl. *Common Wild Goose.*

L'Oca salvatica tanto nella grossezza, come nella figura del corpo, e nei colori poco o nulla diversifica dall'Oca domestica. Essa per lo più si trattiene intorno alle paludi, ed è Uccello di passo.

Le Oche salvatiche nell'accingersi al loro passaggio fanno grande strepito colle ali e con la voce, forse perchè alcuna di loro non rimanga in Paese. Nell'Etiopia vi passano a branchi, ed in tanto numero, che tutto mettono a guasto col loro morso, e coi lo-

Magnitudine Anserem domesticum aequat, estque figura corporis ei persimilis, nec colore multum abludit.

Locus feris Anseribus maxime circa Paludes est. Migratoriae sunt Aves. Migraturae vociferantur, alisque obstrepunt, forte ne quae earum remaneat. In Aethyopia adeo frequentibus agminibus grassantur, ut tum morsu, tum stercoribus omnia demoliantur. In Septentrione cu-

ba-

loro esercmenti. Nel Settentrione veggonsi in grande abbondanza sul tempo della lor eova circa il principio d'Aprile, facendo allora ritorno dalle parti meridionali. Incominciano a congiungersi dopo il solstizio d'Inverno, e depongono sul principio di Primavera al più sedici Uova. Esse divengono sterili ogni qualvolta sieno prese e rese mansuete.

bationis tempore, quo a meridionalibus plagis redeunt, copiosissime visuntur circa Aprilis initium. Coire post hyemale solstitium incipiunt, initio veris Ova ad summum sexdecim ponunt. Steriles evadunt si mites redditae fuerint.

T. DLXII. B. 1. 1. 1.

OCA settentrionale di piume morvidissime detta dagli Abitanti dell'Isola di Ferroë EIDER — Lat. *Anas septentrionalis plumis mollissimis — Anser plumis mollissimis Willughbeii*; Klein. — *Anas S. Curberti, seu Farnensis*; Willugh. & Raj. — *Eider, Anas plumis mollissimis*; Mus. Worm. — *Eider, Anas plumis mollissimis Wormii*; Willugh. & Sibbald. — *Avis inter Anserem & Anatem feram media*; Mus. Best. — *Anser maior albus, & fuscus*. Edward. Tab. 98. — *Anas rostro cylindrico, cera postice bifida rugosa. Anas mollissima*; Linn. Syst. Nat. Gen. 61. sp. 12. — *Anser Lanuginosus, sive Eider*; Briss. Tom. VI. pag. 294. sp. 13. — Gall. *L'Oye a duvet, ou l'Eider.* — Angl. *Cutbert-Duck.*

TRovansi questi Uccelli nelle Provincie Settentrionali, e particolarmente nell'Isole Ferroensi, e nell'Islanda. La Femmina per la sua grandezza e figura conviene col Maschio, differisce soltanto per il colore, essendo scura, e sparsa di alcune macchie nere. Depongono cinque o sei uova alla volta nel loro nido costruito di muschi, e di lanugine, che ritraggono dal loro corpo medesimo. Questa lanugine, detta dai Francesi *ederdon*, viene raccolta e tenuta in somma stima per formarne dei guancialoni da tenersi sopra i letti per riscaldarsi particolarmente i piedi, detti *Piumini*, e che realmente riscaldano infinitamente, nel tempo che sono leggierissimi.

Se, prima che la Femmina termini di covare, avvengache le si tolga il nido, un altro tosto ne costruisce, e vi depone tre uova; se quindi le si tolga il secondo, ne fabbrica di nuovo un terzo, dove partorisce un sol uovo. Quest'uccello tiene come un luogo di mezzo tra il genere delle Oche e delle Anatre, ma per la figura sembra che più all'Oca, che all'Anatra si assomigli.

IN septentrionalibus Regionibus, ac in Insulis Feroensibus & Islandia hae praecipue reperiuntur Aves. Foemina cum Mare convenit, & ejusdem est magnitudinis, & figurae, sed non nisi unius coloris, fusca, maculis quibusdam nigris hinc inde conspersa. Quinque vel sex ova ponunt in nido, musco, & ipsarum lanugine, ab ipsis-met arrepta conflato. Pretiose autem colligitur ista lanugo, quae Gallice cderdon *vocatur, & ex illa magna pulvinaria, sive stragula, praecipue pro pedum in Lectis tegumento, conficiuntur, quae tegumenta levissima sunt, maximumque calorem producunt.*

Si ante perfectam incubationem nidus arripiatur, foemina alterum construit, ibique tria ova ponit; si secundus nidus iterum arripiatur, tertium aedificat, & in eo ovum unicum ponit. Avis haec inter Anserem & Anatem locum tenet, sed magis ad Anseris, quam ad Anatis figuram accedit.

6. OCA salvatica del Nord — Lat. *Anser Septentrionalis Sylvestris*; Briss. Tom. VI. pag. 269. sp. 3. — *Anas cinerea fronte alba. Anser erythropus*; Linn. Syst. Nat. Gen. 61. sp. 8. — *Cum nostrate crassitie circiter convenit. In Septentrionalibus Regionibus habitat.*
7. OCA salvatica del Canadà — Lat. *Anser ferus Canadensis, Edward. Tab.* 151. — *Anser Canadensis*; Willugh. Raj. & Klein. — *Anser Canadensis Willughbeji*; Sloane — *Anas fusca, capite, colloque nigro, gula alba. Anser Canadensis*. Linn. Syst. Nat. Gen. 61. sp. 9. — *Anser Canadensis Sylvestris*; Briss. Tom. VI. pag. 272. sp. 4. — *Anserem domesticum paululum crassitie superat. Habitat in Americae Septentrionali Regione.*
8. OCA salvatica della Baja d'Hudson — Lat. *Anser sylvestris Freti Hudsonis*; Briss. Tom. VI. pag. 275. sp. 5. — *Anser Canadensis alis caeruleis*; Edward. Tab. 152. — *Anas grisea subtus alba, rectricibus alarum, dorsoque postico caerulescentibus. Anser caerulescens*; Linn. Syst. Nat. Gen. 61. sp. 10. — *Nostratem crassitie circiter aemulatur. Habitat in Freto Hudsonis, & Canada.*
9. OCA di Moscovia — Lat. *Anser Moscoviticus*; Briss. Tom. VI. pag. 277. sp. 6. — *Anser Rusticus*; Klein — *Anser rostro Semicylindrico atro basi gibba, minor: Cygnoides Orientalis*; Linn. Syst. Nat. Gen. 61. sp. 2. Var. 1. — *Anserem domesticum crassitie superat. Habitat in Moscovia.*
10. OCA della Guinea — Lat. *Anser Guineensis*; Briss. Tom. VI. pag. 280. sp. 7. — *Anser Hispanicus, an potius*

tius Guineenſis ; Willugh. & Klein. — *Anſer Hiſpanicus, ſeu Cygnoides* ; Marſil. — *Anſer Cygnus Guineenſis* ; Raj. — *Anſer Chinenſis* ; Friſch. — *Cygnus ſubfuſcus, collo longiori, roſtro latiori baſi gibbo* ; Browne — *Anas roſtro ſemycilindrico baſi gibbo. Cygnoides Auſtralis* ; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 2. — *Cum praecedente craſſitie circiter convenit, Habitat in Guinea.*

11. Oca di Gambia — Lat. *Anſer Gambenſis* ; Willugh. & Briſſ. Tom. VI. pag. 283. ſp. 8. — *Craſſitie Anatem Moſchatam adequat, ſed cruribus donatur magis elongatis. Habitat in Gambenſi Regno verſus Promontorium viride.*

12. Oca ſtata detta da alcuni di Egitto, e da altri di Spagna — Lat. *Anſer aliis Aegyptiacus, nonnullis Hiſpanicus.* — *Anſer Ægyptiacus* ; Briſſ. Tom. VI. pag. 284. ſp. 9. — *Anſer Hiſpanicas parvus* ; Raj. — *Anatem moſchatam craſſitie non multum excedit. Piſcinas frequentat.*

13. Oca Nivale — Lat. *Anſer niveus* ; Briſſ. Tom. VI. pag. 288. ſp. 10. — *Anſer grandinis* ; Shwenck — *Anſer grandinis, nivis, hibernus Schvenckfeldii* ; Klein. — *Cum Anſere Sylveſtri magnitudine & craſſitie circiter convenit. Aeſtate nunquam in conſpectum veniunt hujus ſpeciei Anſeres* ; *hyeme autem gregatim volant.*

14. Oca arborea, detta ancora dagli Autori Bernicla — Lat. *Anſer arboreus, a nonnullis etiam* Bernicla *dictus* ; — *Anſer Brenta* ; Klein — *Anſer Arborum* ; Geſn. — *Anſer arboreus Geſneri* ; Schwenck. — *Anſer arboreus Geſneri* ; *Anas arborea Schvvenckfeldii* ; Rzac. — *Bernicla* ; Charlet. — *Bernicla ſeu Bernacla* ; Raj. Willugh. & Sibbald. — *Bernicla, vel Branta Anglorum* ; Geſn. — *Branta vel Bernicla* ; idem — *Branta, ſeu Bernicla* ; Aldrov. — *Branta, ſeu Bernicla, & Bernichia* ; Jonſt. — *Anas fuſca, capite, collo, pectoreque nigris, collari albo. Bernicla* ; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 11. — *Anſer Bernicla* ; Briſſ. Tom. VI. pag. 300. ſp. 14. — *Anſeri domeſtico multum craſſitie cedit. Juxta Maris littora verſatur.*

15. Oca arborea minore — Lat. *Anſer Arboreus, ſeu Bernicla minor*, — *Anſer Brenta* ; Klein. — *Brenthus* ; Geſn. Aldrov. Jonſt. Willugh. & Raj. — *An Anſer, ſive Anas montana Spitzbergenſis Friderici Martenſii* ; Raj. — *Anſer Bernicla minor* ; Briſſ. Tom. VI. pag. 302. ſp. 15. — *A praecedente multum craſſitie ſuperatur. Juxta Maris littora verſatur, & fluminum oſtia frequentat.*

16. Oca detta comunemente Brenta dagli Autori — *Anſer Ornithologis* Brenta — *Anſer Brenta* ; Klein — *Brenta* ; Willugh. & Raj. — *Branta* ; Charlet. — *Bernicla Authoris* ; Aldrov. — *Bernicla Brenta* ; Jonſt. — *Anas torquata Bellonii* ; Jonſt. & Aldrov. — *Glaucius* ; Friſch. — *Anſer Brenta* ; Briſſ. Tom. VI. pag. 304. ſp. 16. — *Cum Anate Moſchata craſſitie circiter convenit juxta Maris littora verſatur.*

T. DLXIII. B. — 16. —

ANATRA domeſtica di vario colore — Lat. *Anas domeſtica verſicolor* ; Gerin. Ornith. Num. 616. — *Anas verſicolor cauda brevi, acuta, ſurſum reflexa* : Barr. — *Anas* ; Geſn. Aldrov. Rzac. Moehr. — *Anas cicur* ; Geſn. — *Anas domeſtica* ; Aldrov. Schwenck. Jonſt. Charlet. & Proſp. Alp. — *Anas domeſtica vulgaris* ; Willugh. Raj. Sloane, Sibbald. & Klein. — *Anas domeſtica varie variegata, pennis uropygii ſurſum recurvis* ; Browne — *Anas aurantia, Turcica quibuſdam dicta* ; Marſil. — *Anas rectricibus intermediis (Maris) recurvatis, roſtro recto. Anas domeſtica* ; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 34. Var. 1 ; — *Anas domeſtica* ; Briſſ. Tom. VI. pag. 308. ſp. 1. Gall. *Le Canard domeſtique* — Angl. *Common Tame Duck.*

ESſendo le Anatre Uccelli *palmipedi*, coſta per eſperienza, ed è confermato dall' autorità dei più celebri Ornitologi, che eſſe non ſolo dalla terra, ma eziandio dall' acqua ricavano il loro vitto. Riferiſce Alberto, che col becco ſcavano il fango depoſitato nelle acque, dove ritrovano delle radici di erbe, dei ſemi di piante aquatiche, dei vermi, delle uova di Animali parimente aquatici, ed altre coſe di tal fatta. Sonovi ancora Autori, i quali vogliono, che eſſe ſi cibino di piccoli peſci, come anche di fango, e dell' immondezze delle acque, e che neppure ſi aſtenghino dal mangiare animali velenoſi, come ragni, lucerte, roſpi ec. lo che ci viene atteſtato da Giulio Ceſare Scaligero; onde non dobbiamo maravigliarci di Plinio e di Aulo Gellio, e di altri antichi Autori, i quali ſcrivono, che le Anatre del Ponto vivano di veleno. Ordinariamente però ſi paſcono di radi-

ANates cum ſint palmipedes, *non ſolum e terra, ſed etiam ab aqua ſibi victum petere experientia docet, & eſt graviſſimorum Ornithologorum auctoritate confirmatum. Tradit Albertus, roſtro fodere coenum in aquis, ubi reperiunt radices herbarum, & ſemina plantarum aquaticarum, & vermes, & ova animalium aquaticorum, & alia hujuſmodi. Sunt qui piſciculis quoque, & limo, ſordibuſque aquarum veſci velint, nec a venenatis etiam animalibus ſibi temperare, ut araneis, lacertis, bufonibus ec. ut reſtatur Julius Caeſar Scaliger: quare Plinium, Aulum Gellium, alioſque veteres amplius non mirari debemus, qui Anates Ponticas ſcribunt veneno vivere. Communiter autem radicibus herbarum, avena, aliiſque id generis cibis paſci ſolent. Aves vero ſunt admodum voraces, ut quaecumque ipſis occurrunt, ingurgitent.*

radiche di erbe, di avena, e di altri cibi di tal ſorte; sono però Uccelli così voraci, che ingollano senza alcuna diſtinzione tutto eiò che ſi para loro innanzi.

La voce delle Anatre è ſtridula, e lamentevole; onde Giulio Cesare Scaligero chiama l'Anatra *queritatricem* dal verbo *queritor*, che ſignifica *lamentarſi*. Scrive Alberto, che in ogni genere di Anatre la voce della Femmina è più groſſa, e quella del Maſchio più acuta.

Le Anatre domeſtiche non sogliono punto sollevarſi a volo, mentre queſto è soltanto proprio delle salvatiche: ed intorno a ciò che appartiene al loro camminare, correre, e nuotare, ſono pigre nel camminare, tarde nel correre, e veloci nel nuotare.

Per quanto riguarda la loro generazione, eſſe ſono in guiſa luſſurioſe, che molti Maſchi coprendo a gara una ſola Femmina, ſpeſſe volte l'uccidono. Si accoppiano nel Meſe di Marzo o di Aprile.

Partoriſcono vicino alle acque, ed ai rigagnoli: i loro Pulcini appena venuti fuora dall'Uovo, toſto per un certo naturale Inſtinto cercano l'acqua, e ſono di tanta agilità e vigore, che ſebbene venga loro tolta la Madre, vivono e ſi nutriſcono ſenza di eſſa.

Le Anatre molto alle Oche ſi aſſomigliano, e vengono perciò contraſſegnate con i medeſimi caratteri di quelle.

Anatum vox ſtridula, querulaque; quare Julius Caeſar Scaliger queritatricem *Anatem appellat a verbo* queritor, *quod lamentari ſignificat. Scribit Albertus in omni Anatum genere vocem Foeminae craſſiorem eſſe Maris acutiorem.*

Anates domeſticae minime volatu poſſunt; hic tantum Sylveſtribus convenit. Quod vero ad greſſum, curſum, & natatum attinet, in greſſu pigres, in curſu tardae, in natatu veloces ſunt.

Quantum ad generationem, tantae ſunt ſalacitatis, ut plures Mares ſolam Foeminam certatim cocundo ſaepiſſime occidant. Menſe Martio, & in ſequente concumbunt.

Pariunt juxta aquas, & rivulos: Pulli excluſi ſtatim inſita quadam natura aquam proſequuntur, & mox ut ovum exeunt, tanta agilitate vigent, ut etiamsì Matrem mori, vel alienari contigerit, ſine nutricae vivunt.

Anates maxime cum Anſeribus conveniunt, ideoque iiſdem Anſerum characteribus diſtinguuntur.

T. DLXIV. B. — 17. —

ANATRA domeſtica bianca, Femmina — Lat. *Anas domeſtica alba, Foemina*; Gerin. Ornith. N. 617. — *Foemina magnitudine paululum Mari cedit. Illius inſtar colore variat. Ab illo ſolummodo differt quatuor caudae rectricibus intermediis nunquam ſurſum reflexis ut in Mare.*

T. DLXV. B. — 19. —

ANATRA domeſtica di becco incurvato — Lat. *Anas domeſtica roſtro incurvo*; Gerin. Ornith. N. 618. — *Anas adunco roſtro*; Klein. — *Anas roſtro aduncо*; Willugh. — *Anas domeſtica roſtro aduncо*; Raj. — *Anas rectricibus intermediis (Maris) recurvatis, roſtro incurvato. Anas adunca*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 35. — *Anas roſtro incurvo*; Briſſ. Tom. VI. pag. 312. ſp. 2. — Gall. *le Canard a bec courbé* — Angl. *Hook bill'd Duck*. — *Anati domeſticae vulgari externa facie ſimillima eſt; roſtro verò differt, quod latum eſt, longius paulo quam vulgaris, & deorſum modice inflexum ſeu aduncum. Caput quoque (Autore Willughbejo) minus & gracilius eſſe videtur.*

T. DLXVI. B. — 18. —

ANATRA domeſtica di becco incurvato, altra varietà — Lat. *Anas domeſtica alia roſtro incurvo*; Gerin. Ornith. N. 620.

T. DLXVII. B. — 18. —

ANATRA domeſtica ſcura di becco incurvato, Femmina; — Lat. *Anas domeſtica fuſca roſtro incurvo, Foemina*; Gerin. Ornith. N. 619. — *Foemina magnitudine paulum Mari cedit. Illius inſtar colore variat. Ab illo ſolummodo diſcrepat quatuor caudae rectricibus intermediis nequaquam ſurſum reflexis.*

T. DLXVIII. B. 1. 1. —
1. 2. —

ANATRA d'India — Lat. *Anas Indica*; Gerin. Ornith. N. 621. — *Anas maxima capite cera interrupta obducto*; Browne — *Anas moſchata*; Willugh. Raj. & Sloane. — *Anas Americana moſchata*; Barr. — *Anas Cairina*; Aldrov. Jonſt. & Cherlet. — *Anas Moſchata Cairina Aldrovandi*; Marſil. & Willugh. — *Anas peregrina*; Schwenck. — *Anas Moſcovitica*; Charlet. — *Anas Indica*; Geſn. Aldrov. & Charlet. — *Anas Indica Geſneri*; Klein. & Barr. — *Anas Indica Geſneri, Aldrovandi*; Willugh. — *Anas Indica prima*; Jonſt. — *Anatis Indicae rara quaedam ſpecies*; Geſn. — *Anas Indica alia*; Geſn. & Aldrov. — *Anas Indica altera*; Ionſt. — *Anas Indica tertia*; Aldrov. — *Anas Lybica*; Ionſt. & Charlet. — *Anas Lybica Bellonii*; Aldrov. — *Anas Lybica alia*; idem. — *Anas Lybica Aldrovandi*; Ionſt. — *Anas Lybica Aldrovandi, Bellonii*; Willugh. — *Anas ſylveſtris magnitudine Anſeris*; Marcgr. — *Anas ſylveſtris Braſilienſis magnitudine Anſeris*; *Marcgravii*; Willugh. & Raj. — *Anas Moſchata facie nuda papilloſa*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 13. — *Anas Moſchata verſicolor capite papilloſo*; Briſſ. Tom. VI. pag 313. ſp. 3. — Gall. *le Canard muſqué* — Angl. *Muſcovy-Duck*.

IN diverſa maniera, e ſotto nome diverſo viene queſt'Anatra deſcritta dagli Autori. Alcuni la chiamano *Cairina*, alcuni *Moſcata*, altri *Libica*, altri *Indiana*; ma tanto queſta da noi rappreſentata, quanto l'Anatra *Moſcata* del Briſſon e di Linneo, la *Libica* del Bellonio e dell'Aldrovando, la *Cairina* dello ſteſſo, e l'*Indiana* del Geſnero, crediamo non altro eſſere che il medeſimo Uccello. Nè a ciò fa oſtacolo alcuno la varietà dei colori, onde queſte ſono deſcritte dai loro Autori; imperciocchè non ſi danno Uccelli, che tanto nei colori diverſifichino, quanto le Anatre.

Le Anatre di queſta ſpecie ſono munite di un membro genitale di color ſanguigno, della groſſezza di un dito, e di quattro o cinque dita traſverſe di lunghezza.

Se non eſigeſſero molta ſpeſa, in più numero di quello, che ſi ſuole, verrebbero appreſſo di noi alimentate; mentre porgendoſi loro del cibo in ſazietà, partoriſcono molte Uova, ed in breve tempo danno alla luce un numero grande di Pulcini.

La loro voce non aſſomigliaſi a quella delle altre Anatre, ma è rauca, quale ſuol procedere dalle fauci di un qualchè Uomo catarroſo. La loro carne viene giudicata al ſapore eguale affatto a quella dell'Oca, o dell'Anatra domeſtica.

AUthores diverſimode, & ſub diverſo nomine Anatem hanc deſcribunt, alii Cairinam, *alii* Moſchatam, *nonnulli* Lybicam, *nonnulli* Indicam *nuncupantes. At Anatem hanc noſtram, Anatem* Moſchatam *Briſſonii & Linnaei, Anatem* Lybicam *Bellonii & Aldrovandi, Anatem* Cairinam *Aldrovandi*, & Indicam *Geſneri eamdem Avem eſſe opinamur. Nec obſtat colorum varietas, qua depinguntur; Anates enim ſuper omnes alias Aves ſummopere colore variant.*

Hujuſmodi ſpeciei Aves membrum genitale tam magnum habent, ut digiti unius craſſitiem, quatuor vero, aut quinque longitudinem aequet, ſanguis inſtar rubrum.

Niſi magnum requirerent ſumptum, numeroſiores quam ſolent alerentur: ſi etenim cibus ad ſatietatem offeratur, multa pariunt ova, & magnum brevi excludunt Pullorum numerum.

Vox illis non qualis caeteris Anatibus, ſed rauca, qualis humanis faucibus catarrho obſeſſis. Earum caro, quoad ſaporem attinet, neque praeſtantior, neque deterior eſt Anſeris aut Anatis domeſticae.

T. DLXIX. B. 1. 6. 8.

ANATRA d' India bianca, varietà dell' antecedente — Lat. *Anas Indica alba, Antecedentis varietas*; Gerin. Ornith. N. 622.

T. DLXX. B. 1. 2. —

ANATRA salvatica detta GERMANO REALE — Lat. *Anas fera*; Aldrov. Charlet. Rzac. & Briſſ. Tom. VI. pag. 318. ſp. 4. — *Anas fera torquata minor*; Geſn. — *Anas fera prima, ſeu torquata minor*; Schwenck. — *Anas fera, ſive torquata, Mas*; Friſch. — *Anas fera foemella*; idem. — *Anas fera oblongo, & craſſo corpore*; Barr. — *Anas torquata minor Aldrovandi, Boſchas major*; Raj. — *Anas ſylveſtris*; Proſp. Alp. — *Anas ſylveſtris vera Alberti*; *Anas ſylveſtris maior Peuceri*; Klein. — *Boſchas major*; Willugh. & Sibbald. — *Boſchas maior, ſive Anas torquata minor*; Aldrov. — *Anas rectricibus intermediis (Maris) recurvatis, roſtro recto; Boſchas*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 34. — Gall. *le Canard ſauvage* — Angl. *Wild-Duck*.

SAppiamo per aſſerzione dell' Ornitologo, che il Paeſe degli Svizzeri abbonda di molti generi di Uccelli Aquatici, e particolarmente di Anatre ſalvatiche, atteſa la gran quantità dei Laghi, e dei Fiumi, dai quali vienc bagnato, come ancora la Francia, la qualc è dovizioſa di Fiumi, Rivi, e ruſcelli, e di tante paludi, ed acque ſtagnanti.

Nell' Italia ancora in molti luoghi ſono frequenti, e particolarmente nelle Campagne di Ferrara, Mantova e Ravenna, dove trovanſi dei luoghi acquoſi, dei Fiumi, e dei Laghi, che ſecondo Ariſtotile ed altri vengono da loro anzioſamente ricercati. In Toſcana frequentano molto i Laghi di Bientina, e di Fucecchio, e nell' Umbria le rive del Tevere.

Non convengono gli Autori nello ſtabilire ſe eſſe ſieno Uccelli di paſſo; mentre alcuni l' affermano, altri lo negano. L' Aldrovando giudica che di loro natura non ſieno migratorie; al cui parere noi adcriſchiamo; imperciocchè in Italia ſi veggono in ogni ſtagione, e ſe vengono molcſtate dal freddo, o dal caldo intollerabile, o da altro qualunque grave incomodo; cercano dei luoghi migliori ed opportuni: dalla qual mutazione di luogo alcuni ſi ſono perſuaſi della loro migrazione.

Nell' Inverno volano a branchi, e nella Primavera a paja, cioè il Maſchio inſieme colla Femmina. Nidificano in terra appreſſo le acque, e rare volte negli Alberi: e depongono e covano dodici, e quattordici Uova alla volta e non di rado anche più.

I Ma-

Helvetiam plurimis Aquaticarum Avium generibus, Anatibus praeſertim feris abundare tradit Ornithologus propter Lacuum, & Fluviorum copiam, ſicuti quoque & Galliam, quae tot amnibus, tot rivis, rivulis, totque paludibus, aquiſque ſtagnantibus irrigatur.

In Italiae quoque pluribus locis frequens eſt earum numerus, maxime in Ferrarienſi, Ravennate, & Mantuano Agro, ubi nimirum loca ſunt aquoſa, amnes, lacuſque, qualia ipſas amare ex Ariſtotile & aliis fuit annotatum. In Etruria pariter prope Focenſem & Blentinenſem Lacum, & in Umbria iuxta Tyberim ſatis frequentes ſunt.

Diſcrepant Authores de Anatum migratione. Hanc alii affirmant, alii negant. Aldrovandus Aves migratorias ſuapte naturæ eſſe non putat; cuius in ſententiam nos quoque libenter deſcendimus: Nam in noſtris Regionibus omni tempore conſpiciuntur, & ſi frigoris aut caloris intollerabili vehementia, aut alio quopiam gravi incommodo premantur, meliora ac utiliora ſibi loca quærunt; ex qua locorum mutatione nonnulli eas migrare perſuaſi fuerunt.

Hyeme gregatim volant: Vere per paria, Mas ſcilicet & Foemina ſimul. Non procul ab aquis humi nidificant, raro in arboribus. Ova duodecim, vel quatuordecim, & plura etiam una vice ponunt, & incubant.

Ma-

I Maſchi mutano le loro penne, quando le Femmine incominciano à covare: ed alle Femmine queſte non cadono, ſe prima non ſieno i loro Pulcini fatti adulti, e capaci di volare. Le vecchie piume cadono loro dentro lo ſpazio di una ſettimana, e le nuove non rimettono loro ſennon dopo tre ſettimane.

Si può quì a propoſito ricercare, perchè agli Uccelli ogn' anno cadano le piume. Il Willughby giudica che per il medeſimo motivo, onde cadono agli Uomini i capelli, ed i peli agli altri Animali, cadano agli Uccelli le piume. Cadono agli Uomini ed agli altri Animali i peli dopo aver ſofferta qualche febbre, qualche malattìa, o qualche altro lungo incomodo. Negli Uccelli Maſchi l' ardenza del coito può riguardarſi come una febbre, e perciò in Primavera per il frequente uſo della copula eſſi divengono macilenti. Nelle Femmine poi il tempo della loro cova, e dell' allevare dei Pulcini corriſponde come ad una malattìa, e ad un lungo incomodo; di fatti in tal tempo ancor eſſe dimagrano. Paſſati queſti tempi l' uno e l' altro ſeſſo, tutto addetto a riſtabilire i loro corpi, in breve torna nello ſtato di prima ed ingraſſa: e da queſto riſtabilimento ne naſce, che dilatata la cute, ed aperti i pori, cadano le piume.

Mares pennas mutant, cum foeminae incubare incipiunt. Foeminis plumae non decidunt antequam Pulli adoleverint, & ad volandum idonei ſint. Intra hebdomadis ſpatium plumae veteres omnes defluunt; novae nonniſi ante tres ſeptimanas exactas perficiuntur.

Quaeri non immerito hic poteſt, cur Avibus plumae quolibet Anno defluant. Willughbejus eamdem eſſe cauſam opinatur defluxus pennarum in Avibus, quae pilorum in Hominibus aliiſque Animalibus a febre aliove morbo convaleſcentibus, aut a diuturna inedia refectis. In Maribus enim coeundi ardor quaedam quaſi febris eſt, adeoque verno tempore ob frequentiam veneris uſum exhauſto corpore macilenti evadunt. In Foeminis vero incubandi, & Pullos educandi tempus morbo cuidam ſeu diuturnae inediae reſpondet, inedia quippe & labore continuo ſe per id tempus macerant. Cum haec tempora praeterierint, uterque ſexus ad corpora curanda converſus priſtinum brevi habitum recuperat, & pingueſcit, atque hinc dilatata cute pori aperiuntur, & plumae decidunt.

T. DLXXI. B. — 19. —

ANATRA ſalvatica detta GERMANO FORESTIERO — Lat. *Anas Boſchas maior*; Gerin. Ornith. N. 614. — *Anas torquata maior*; Aldrov. — *Anas fera torquata maior*; Geſn. — *Anas fera torquata maior, viridis, roſtro in aliis croceo, in aliis carneo*; Barr. — *Boſchas maior Athenei*; Geſn. — *Anas fera ſecunda, ſeu torquata maior; Anas fera tertia, ſeu maior; Anas fera quarta, ſeu juncea*; Schwenck. — *Boſchas maior*; Briſſ. Tom. VI. pag. 326. Var. A. B. C. — *Briſſonius tres habet huius ſpeciei varietates, Boſcadem maiorem primam, Boſcadem maiorem griſeam alteram, & Boſchadem maiorem naeviam ultimam appellans. Anas vero noſtra torquata cum Boſchade maiore convenit* Var. A. *roſtro & pedibus cum Boſchade cinerea* Var. B., *dorſo vero flavicante maculato cum Boſchade naevia* Var. C.

3. ANATRA ſalvatica detta GERMANO FORESTIERO del Meſſico — Lat. *Anas fera, ſive Boſchas Mexicana*; Briſſ. Tom. VI. pag. 327. ſp. 5. — *Genus quoddam Anatis ferae*; Ionſt. — *Avis latiroſtra*; Nieremb. — *Avis latiroſtra, ſeu Tempatlahoac*; Raj. Willugh. & Fern. — *Magnitudine & craſſitie cum Anate domeſtica circiter convenit. Habitat in Mexico, ibique Lacus frequentat.*

T. DLXXII. B. — 16. 2.

ANATRA ſalvatica detta in Toſcana MESTOLONE, e FISTIONE, Maſchio — Lat. *Anas latiroſtra, Mas*; Gerin. Ornith. N. 597. — *Anas roſtro latiori, clypeato, pedibus rubris*; Barr. — *Anas latiroſtra*; Schwenck. — *Anas latiroſtra maior*; Geſn. & Aldrov. — *Anas latiroſtra maior Geſneri, Anas platyrinchos, Anas ſchellaria, Clangula Fabricii*; Rzac. — *Anas latiroſtra Schwenckfeldii*, Klein. — *Anas latiroſtra, ſive clypeata*; Friſch. — *Anas latiroſtra Americana*; Klein. — *Anas latiroſtra, ſive clypeata Germanis dicta*; Willugh. — *Anas platyrynchos pedibus rubris*; Ionſt. — *Alterum genus*

genus platyrhynchi Anatis; Geſn. & Aldrov. — *Anas vireſcens, ſeu capite vireſcente*; Marſil, & Klein. — *Phaſianus marinus*; Charlet. — *Anas roſtri extremo dilatato rotundato ungue incurvo. Anas clypeata*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 16. — *Anas clypeata mas*; Briſſ. Tom. VI. pag. 329, ſp. 6. — Gall. *Souchet*. — Angl. *Shoveler*. — *Anati Domeſticae paululum craſſitie cedit. Paludes frequentat. Aves haſce per hiemem colores mutare affirmant Aucupes. Geſnerus & Aldrovandus bis terve hanc Avem ſub diverſis titulis deſcriptam exhibent.*

T. DLXXIII. B. — 13. 4.

MESTOLONE o FISTIONE, Femmina — Lat. *Anas Latiroſtra, Foemina*; Gerin. Ornith. Numero 588. — *Anas latiroſtr a tertia ſuſca* (*Foemina*;) Friſch. — *Anas platyrynchos erythropos* (*Foemina*;) Aldrov. & Willugh. — *Anas platyrinchos pedibus luteis* (*Foemina*;) Aldrov. Jonſt. Willugh. & Raj. — *Anas macula alari purpurea, utrinque nigra albaque, pectore rufeſcente. Anas platyrinchos Foemina*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 17. — *Anas clypeata Foemina*; Briſſ. Tom. VI. pag. 329. ſp. 6. — *Foemina craſſitie paululum mari cedit, & a mare coloribus multum diſcrepat. Omnes hujus ſpeciei Aves roſtro donantur clypeorum inſtar convexo & longo, unde* latiroſtrae *&* clypeatae *a nonnullis dictae fuerunt.*

3. MESTOLONE o FISTIONE di ventre bianco — Lat. *Anas latiroſtra ventre albo — Anas muſcicapa, ſubtus alba, ſuperne varia, roſtro nigro*; Barr. — *Anas muſcaria*; Geſn. Aldrov. & Jonſt. — *Anas clypeata ventre candido*; Briſſ. Tom. VI. pag. 337. Var. A. — *Cum praecedente forma, magnitudine, & coloribus perfecte convenit: ab illa ſolummodo diſcrepat ventre candido. Anas haec dicitur & etiam Muſcaria, quod Muſcas ſuper aquas volantes capter.*

4. MESTOLONE o FISTIONE del Meſſico — Lat. *Anas latiroſtra Mexicana — Anas clypeata Mexicana*; Briſſ. Tom. VI. pag. 337. ſp. 7. — *Anati domeſticae paululum craſſitie cedit. Habitat in Mexico.*

T. DLXXIV. B. — 16. 2.

ANATRA ſalvatica detta in Toſcana CICALONA, e CANAPIGLIA, Maſchio — Lat. *Anas fera ſtrepera, Mas — Anas ſtrepera*; Geſn. & Aldrov. — *Anas platyrynchos roſtro nigro & plano*; Aldrov. Jonſt. & Raj. *Anas fera decima, ſeu ſtrepera*; Schwenck. — *Anas fera decima, ſeu ſtrepera Schwenckfeldii*; Klein. — *Anas macula alarum rufa nigra alba*; *Anas ſtrepera*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 18. — *Anas ſtrepera, Mas*; Briſſ. Tom. VI. pag. 339. ſp. 8. — Gall. *le Chipeau*. — Angl. *Gadwal.*

T. DLXXV. B. — 16. 2.

CICALONA e CANAPIGLIA, Femmina — Lat. *Anas fera ſtrepera, Foemina — Anas ſtrepera, Foemina*; Briſſ. Tom. VI. pag. 339. ſp. 8. — *Foemina a Mare diſcrepat corpore ſuperiore pennis veſtito fuſcis, & ventre albo. in reliquis cum illo ſatis bene convenit.*

T. DLXXVI. B. 1. 2. —

VOLPOCA, detta dagli Autori TADORNA — Lat. *Vulpanſer, Ornithologis Tadorna*; Gerin. Ornith. Num. 615. — *Anas longiroſtra quarta*; Schwenck. — *Anas maritima*, Geſn. *Anas maritima Rondeletii*; Jonſt. — *Anas Indica quarta, ſeu Anas maritima*; Aldrov. — *Anas Tadorna Bellonii*; *Vulpanſer quibuſdam*; Willugh. — Tadorne *Gallis dicta*; Aldrov. — *Tadorne*; Jonſt. — *Vulpanſer*; Geſn. Aldrov. & Klein. — *Vulpanſer, Chenelopex quibuſdam*; Jonſt. — *Bergander Aldrovandi*; Willugh. — *Anas roſtro ſimo, fronte compreſſa, corpore albo variegato*; *Tadorna*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 3. — *Anas Tadorna*; Briſſ. Tom. VI. pag. 344. ſp. 9. —. Gall. *la Tadorne*. Angl. *Burrough-Duck.*

QUeſt' Uccello detto da noi Volpoca, e dagli Autori Tadorna è vagamente contraſſegnato dai ſuoi elegantiſſimi colori, nero, bianco, e ſcuro, e perciò belliſſimo è da lungi a vederſi, e faciliſſimo a riconoſcerſi. Egli frequenta molto i luoghi marittimi del Principato

Vulpanſer pulcherrimis coloribus, albo, nigro, leucophaeo varia & diſtincta, e longinquo ſpectabilis & cognitu faciliſſima eſt. Maritima Cambriae loca, quin & Orientale Angliae latus magno numero frequentat.

pato di Galles; e la parte Orientale di Inghilterra.

Geſnero ci ha laſciati in curioſità di ſapere, ſe egli ſia l' *Oca Stellata*. L' Aldrovando non ha ſopra di ciò aſſerita coſa alcuna di certo. Ariſtotile gli dà luogo tra gli Uccelli palmipedi, che ſi raggirano intorno le acque. Tutti però gli Ornitologiſti convengono, che egli debba porſi nel numero piuttoſto delle Anatre, che delle Oche.

Queſt' Uccello ha ottenuto il nome di Volpoca, sì per eſſere più ſimile all' Oca, che all' Anatra, sì perchè nell' aſtuzia viene aſſomigliato alla Volpe, ſul cui eſempio coſtituiſce il ſuo nido nelle foſſe ſotterranee, ed alcune volte nelle caverne delle rupi.

Geſnerus an Anſer ſtellatus *ſit Vulpanſer, conſiderandum reliquit. Aldrovandus nihil certi proferre potuit. Inter palmipedes, quae circa aquas verſantur ab Ariſtotile numeratur. At inter Anates potius quam Anſeres reponendum eſſe fere omnes recentiores Ornithologi conveniunt.*

Avis haec Vulpanſeris nomen obtinuit, tum quia plus Anſeris quam Anatis figuram referat, tum quia calliditate Vulpi aſſimiliter, & inſtar Vulpium in cuniculorum foveis, interdum in rupium cavernis nidificat.

T. DLXXVII. B. — 16. 1. ½

ANATRA d' Inverno detta in Toſcana GOBBO e RUGGINOSO. Maſchio Lat. *Anas hyberna Mas*; Gerin. Ornith. Num. 610. — *Anas minor capite purpureo*; Klein. — *Anas alibida dorſo remigibuſque nigris, capite ſupra infraque rumido ſericeo nitente. Anas bucephala*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 19. — *Anas hyberna, Mas*; Briſſ. Tom. VI. pag. 349. ſp. 10. — Gall. *le Canard d' Hyver* — Angl. *Buffel S. Head Duck.* — *Anas haec in Etruria apud Blentinenſem & Focenſem Lacum hyeme frequens. Anas hyberna tam Mas, quam Foemina a Briſſonio ſupra deſcripta Avis eſt Americana, & habitat in Carolina ſed hyeme tantum.*

T. DLXXVIII. B. 1. 2. —

ANATRA d' Inverno detta in Toſcana GOBBO e RUGGINOSO, Femmina — Lat. *Anas hyberna Foemina*; Gerin. Ornith. Num. 612. — *Anas hyberna in toto corpore fuſco*; Briſſ. Tom. VI. pag. 349. ſp. 10. — *Foemina a Mare diſcrepat colore in univerſo corpore fuſco.*

T. DLXXIX. B. — 16. 1.

ANATRA di Eſtate — Lat. *Anas aeſtiva*, Briſſ. Tom. VI. pag. 351. ſp. 11. — *Anas fuſca criſtata, ad gulam alba, iride flammea*; Browne. — *Anas criſtata Americana*; Klein. — *Avis non conſiſtens*; Euſ. Nieremb. & Willugh. — *Avis varii capitis*; Fern. & Raj. — *An Anas varia criſtata. Feuillée* — *Anas criſtatus, elegans*; Edward. Tom. II. pag. 101. — *Anas criſta dependente duplici viridi-caeruleo alboque varia ſparſa*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 37. — Gall. *Le Canard. d' été* — Angl. *American Wood Duck.* — *Anates hae habitant in Carolina & Virginia, ibique in foraminibus Arborum in aquis creſcentium edificant. Foemina a Mare diſcrepat colore in univerſo corpore fuſco* —

T. DLXXX. B. — 16. —

ANATRA col collare dell' Iſola di Terra nuova — Lat. *Anas torquata ex Inſula Terrae novae*; Briſſ. Tom. VI. pag. 362. ſp. 14 — *Anas fuſca, albo, caeruleoque varia, auribus, temporibus linea gemina, collari, faſciaque pectorali albis. Anas hiſtrionica*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 30. — *Anas, fuſcus, maculatus*; Edward. Tom. II. pag. 99. — Gall. *la Canard a collier de Terre neuve* — *Avis eſt pulcherrima. Anatem domeſticam craſſitie circiter aemulatur. Habitat in Inſula Terrae novae.*

2. ANATRA di Baama — Lat. *Anas Bahamenſis*; Briſſ. Tom. VI. pag. 358. ſp. 12. — *Anas griſea, roſtro plumbeo: macula laterali fulvia, macula alarum viridi, luteaque. Anas Bahamenſis*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 14. — *Anas Bahamenſis*; Klein. — *Anas ſylveſtris Braſilienſis* Mareca *dicta prima Marcgravii*; Willugh. & Raj. — Mareca *Anatis ſylveſtris ſpecies*; Marcgr. — *Anati domeſticae paululum craſſitie cedit. Habitat. in Bahamenſi Inſula, & Braſilia.*

3. ANATRA del Braſile. — Lat. *Anas Braſilienſis*; Briſſ. Tom. VI. pag. 360. ſp. 13. — *Anas ſylveſtris Braſilienſis*, Mareca *dicta ſecunda Maregravii*; Willugh. & Raj. — Mareca *alia ſpecies*, Marcgr. — *Cum praecedente craſſitie convenit. Habitat in Braſilia.*

4. ANA-

4. ANATRA della Baja d'Hudſon — Lat. *Anas Freti Hudſonis*; Briſſ. Tom. VI. pag. 366. ſp. 15. — *Anas roſtro baſi gibbo compreſſo; carina pennacea nigra, capite cauefcente. Anas ſpectabilis*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 4. — *Craſſitie Anatem domeſticam multum antecellit. Habitat in Freto Hudſonis.*

T. DLXXXI. B. 1. 5. —

ANATRA di coda lunga, detta in Toſcana GERMANO MARINO, e CODONE, e nel Romano CODA-LANCEA — Lat. *Anas longicauda*; Gerin. Ornith. Num. 604. — *Anas cinerea, cauda duabus pennis nigris longiſſimis deſinita*; Barr. — *Anas caudacuta*; Geſn. Aldrov. Jonſt. & Charlet. — *Anas caudacuta Aldrovandi*: Willugh. Raj. & Rzac. — *Anas caudata, ſeu caudacuta*; Friſch. — *Anas fera duodecima, ſeu caudacuta*; Schwenck. & Klein. — *Anas fera marina*; Geſn. — *Anas fera quaedam marina*; idem. — *Anas ſee-Vogel dicta*; Aldrov. — *An Anas fera ventre candido*. Sloane., Raj. & Klein. — *Anas longicauda*; Briſſ. Tom. VI. pag. 369. ſp. 16. cum accurata Maris & Foeminae icone Tab. XXXIV. — *Anas cauda acuminata, elongata ſubtus nigra, occipite utrinque linea alba. Anas acuta*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 25. — Gall. *Le Canard a longue queue, ou coque de Mer* — Angl. *ſea Pheaſan* — *Longitudine mediarum caudae pennarum Avis haec ab omnibus aliis ſui generis velut nota characteriſtica diſtinguitur. Foemina magnitudine paulum Mari cedit, coloribus ab illo diſcrepat, & cauda multo breviore donatur.*

2. GERMANO Marino, e CODONE della Baja d'Hudſon — Lat. *Anas longicauda Freti Hudſonis — Anas caudacuta Islandica* Havelda *ipſis dicta Wormii*; Willugh. — *Anas caudacuta*, Haveldac *Wormii ſimilis, ſi non eadem*; Raj. — *Anas Islandica, canda protenſa*; Klein. — *Anas Islandica protenſa cauda*, Havelda *ipſis dicta*; Mus Worm. & Charlet. — *Anas longicauda Islandica*; Briſſ. Tom. VI. pag. 379. ſp. 17. — *Anas cauda cuneata: rectricibus intermediis longis, corpore griſeo, temporibus albis. Anas hyemalis*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 26. — *Anas caudacuta Canadenſis; Edvvard. Tom. III. pag. 156.* — *Praecedentem craſſitie circiter aemulatur. Habitat in Islandia & Freto Hudſonis.*

3. GERMANO Marino, e CODONE dell'Iſola di Terra-nuova — Lat. *Anas longicauda ex Inſula Terrae novae*; Briſſ. Tom. VI. pag. 382. ſp. 18. — *Cum praecedentibus craſſitie circiter convenit. Habitat in Inſula Terrae novae.*

T. DLXXXII. B. — 16. 2.

ANATRA detta in Toſcana GERMANO COLOMBACCIO — Lat. *Anas Palumbum torquatum quodammodo referens*; Gerin. Ornith. N. 603.

T. DLXXXIII. B. — 14. —.

ANATRA PENELOPE detta in Toſcana BIBBIO CAPOROSSO, e MORIGLIONE, Maſchio — Lat. *Anas Penelope, Mas.* Gerin. Ornith. N. 589 — *Anas cinerea, vertice & collo ferrugineis*; Barr. — *Anas fuſca*; Jonſt. & Marſil. — *Anas fuſca quibuſdam media*; Charlet. — *Anas fera fuſca, vel media*; Geſn. — *Anas fera fuſca, vel mediae magnitudinis*; Aldrov. — *Anas fera fuſca, vel media Geſneri*; Klein. — *Anas fera fuſca Geſneri, Aldrovandi*; Willugh. — *Anas fera octava, ſeu Erythrocephalos primus*; Schwenck. — *Anas media Schwenckfeldii*; Rzac. — *Penelops primus Ornithologi*; Aldrov. — *Penelope*; Jonſt. & Charlet. — *Anas alis cinereis immaculatis, uropygio nigro. Anas ferina*; Linn. Syſth. Nat. Gen. 61. ſp. 27. — *Anas Penelope*; Briſſ. Tom. VI. pag. 384. ſp. 19. — Gall. *le Millouin* — Angl. *Poehard*.

MOlti tra gli Antichi hanno creduto, che *Penelope* celebratiſſima e caſtiſſima Moglie di Uliſſe prendeſſe il ſuo nome da queſt' Anatra *Penelope*, di cui ſi parla; imperciocchè dicono che *Penelope* figliuola di Icario e di Peribea eſſendo ſtata da ſuoi Parenti gettata in mare, venne traſportata al lido e ſalvata dagli Uccelli *Penelope*, e dipoi educata nuovamente dai ſuoi proprj Genitori. Ma cio è troppo favoloſo, e non meritevole di alcuna credenza.

Per quello che riguarda il preſente Uc-

NOnnulli inter veteres Penelopem *illam pudiciſſimam & decantatiſſimam Ulyſſis Uxorem a* Penelope *Ave, de qua modo agitur, nomen traxiſſe exiſtimant: aiunt enim* Penelopem *filiam Icarii, & Peribaee a Parentibus in Mare proiectam, per Aves* Penelopes *in littus exportatam, ſervatamque ſuiſſe, & a Parentibus ſuis iterum educatam. At haec credat, Iudeus Apella.*

Quod ſpectat ad Avem, de qua nunc agitur,

Uccello, egli raggirasi intorno ai Laghi, ed i Fiumi, e frequenta i lidi del Mare. Cibasi per lo più di Gramigna, che trovasi nel fondo dei Ruscelli o fossati, di piccole Chiocciole ec.

Aristotile e Plinio pone quest' Uccello nel numero delle Oche. Noi però gli abbiamo dato luogo tra le Anatre, e non senza ragione. Tra l'Oca, e l'Anatra passa tal somiglianza, che molti Uccelli vengono da diversi presi ora per Anatre, ed ora per Oche: di più non è inconveniente se questo è numerato tra le Anatre, mentre parecchi, come lo Scoliaste di Aristofane, lo assomigliano all'Anatra, e molti Classici Autori lo costituiscono difatti nel genere delle Anatre. A ciò si aggiunga che nel genere delle Anatre alcune se ne ritrovano, alle quali conviene ciò che gli Antichi hanno scritto dell'Anatra Penelope; lo che senza dubbio non accade nel genere delle Oche.

tur, ea circa Lacus, & Amnes versatur, Marisque littora frequentat. Gramine ad fundum rivulorum, cochleis exiguis &c. vescitur.

